sit omnem demōstrationeʒ ex necessarijs constare: pro-
babimus. Primum nemo scierit ꝗ̄obrem necessaria cō-
clusio sit: nisi ꝓpositiones necessarias cognoscat. Nā cō-
clusionem seorsum facile est necessariam intelligere: vn-
de nam autem necessaria sit sciri nō potest: si ꝓpositiōes
necessarias eē non constet. Animal in homine necessario
continet̄: sed siquis in hoīe ꝓpterea contineri animal cre
dat: ꝗa deambulet: rem quidē necessariaʒ cognoscit: hoc
est in hoīe contineri animal: sed rationē qđ animal in ho
mine contineat̄ ignorat. ¶ Pręterea, tale mediuʒ: salua
conclusione pōt extingui: quādo autē mediū conclusio-
nis extinguit̄: tollit̄ causa ꝓpter quā necessaria cōclusio
videbat̄. At nōne mirabile est: re incolumi: saluo ꝗ sciat
rōne quę non exciderit: manēte: nihilominus ignoratum
id videri. Sane conclusionē demōstrationis necessariā
esse cōsensum fere oīum meruit: sed sunt qui putent fieri
posse vt cōclusio necessaria ꝑ mediuʒ sequioris generis
confirmet̄. ¶ Ac pōt quidē ex his quoꝝ vīus nihil con-
ceditur necessaria conclusio effici: ꝛ ex nō veris vera: nā
lʒ ex necessarijs: nō nisi necessarium sequat̄: non tñ com-
meat vt necessariū ex nō necessarijs euenire possit. Nō
enim quēadmoduʒ contingēs ex contingētibus: ita ęter-
num ex ęternis semꝑ concluditur. Pluribus de hoc alio
opere in mētione de syllogismo egimus. Uerum qui ita
sentiūt ignorant vtrūqʒ in cōclusione demōstratiōis re-
quiri: ꝛ ꝙ seorsum necessaria sit: ꝛ ꝙ per demōstrationeʒ
id habeat. Habere autē id per demōstrationē nihil aliđ
est ꝗ̄ ꝑ mediū tale astringi quo sublato necessariū sit cō
clusionem nec ꝑfecte nec absolute cognosci: siue de cau-
sa: siue de effectu agatur. Quāobrem si mediuʒ: ꝑ qđ de-
monstras: necessarium putabis: nec tamē necessariuʒ sit:
persuasionem quidem sciētię habebis: sed scientiam nō
habebis: ꝙ si vim medij huius infirmam ꝓindeqʒ non
necessariam noueris: tunc nec sciētiam: nec scientię ꝑsua-
sionem habueris. ¶ Quę autem differētia sit inter de-
monstrationē: quę ab effectis ꝛ quę a causis ducit̄: quoꝝ
priorem quia expositioneʒ continet rei: ꝙ est sub h̄ ver-
bo vt sit: alterā ꝙ causam qđ ita sit declarat sub hoc no
mine: ꝗ̄obrē audire Philis in more est: satis hoc loco erit
exemplo monstrasse. Quādo probamus quintū corpus
esse qđ orbiculari motu cōuertitur: ipsum: vt sit addici-
mus.

cimus. Quādo lunā deficere interpositu obiectuqꝫ terrę ostendimus: ipm̄ quobrem explicamus. Hoꝝ vtrūqꝫ siquis per media non necessaria comprobet: per demonstrationem scire non poterit.

¶ Quę sunt per accidens demonstrationis rationem nō ingredi. Cap. XV.

Igitur accidētium eoꝝ: quę per se nō adsunt quemadmodum definiuimus: verbum per se: scientia per demonstrationem conciliari non potest. Non eniꝫ hic cōclusionem necessariaꝫ nectere est. Nā accidēs de quo modo loquimur cōtingere potest vt nō sit. ¶ Sꝫ quęro quos tales ꝓpositiones quę de contingētibus constant: interrogare percūctariqꝫ soleamus: si cōclusio necessaria sequi non pōt. ¶ An q̄uis de ꝓpositionibus ꝯtingentibus cōclusio seorsum ⁊ a se necessaria nō euadat: tamē necessario sequitur quatenus ꝓpositiones illas admittimus. Veruꝫ ad demonstrationē artificium interrogandi: non ptinet: q̄a syllogismū scientię ab eo: ꝙ ꝓposita concedantur aut negētur: pendere nō conuenit: sed ex ipsa plane reꝝ natura. Spectare autē illa solum oportet: quę cuiqꝫ generi per se insunt: de quibus demōstrationes ducantur: vtpote quę sola syllogismum sciētię pariant. Cętera accidētiuꝫ necessaria non sunt: nō solum ea quę adiūgi ⁊ separari cōtingat: sed aliqua etiā quę semꝑ innexa adiunctaqꝫ habeant: vt quęcunqꝫ non insunt per se. Naꝫ syllogismi qui ꝓficiscūtur a signo fere media sumūt: quę firma ⁊ perpetua sint. Naꝫ ⁊ lactescere semper inest mulieri quę peperit: ⁊ ignibus fumare. Sꝫ media hęc accōmodata demōstrationi non sunt: qꝛ in hoc genere priora ex cōsequētibus concludantur. Diciꝫ est pluribus fortasse q̄ res poscebat. Propositiones demōstrationis corrogari necessarias oportere. Nūc illas ⁊ peculiares ⁊ proprias requiri docebimus.

¶ Demonstrationem ex proprijs non ex extrarijs constare. Cap. XVI.

Si necesse est mediū summoꝝ: ꝓmū medio inesse per se: manifestum est demonstrationes de genere vno in aliud migrare: aut cōferri non posse. Verbi gr̄a. vt geometricę arithmeticis congruant. Illa enim quę alicui per se insunt: ex eodē genere ⁊ natura censentur: q̄a de substātia rei prodeunt. Qd̄ vt facili⁹ capiatur paulo altius petēduꝫ nobis est. ¶ Quom tria in demōstrationibus visant. Vnuꝫ id q̄d aut adesse aut non adesse ostenditur: atqꝫ hoc ꝓdicatum illud est: quod in conclusionē confertur. Alteruꝫ ipsa proloquia e quibus demōstratio cōmunitur. Atqꝫ hęc complexa eoꝝ: quę per se sunt: conflantur. Tertiū est genus subiectuꝫ: ⁊ natura ea de qua affectiones: ⁊ quę per se insunt: mōstrātur: vt magnitudo vt numerus. His subiectis: videamus quādo ⁊ quēadmodum de genere in genus transituꝫ facere demōstrantibus liceat. ¶ Palaꝫ est quom genera oīno abiuncta discrepantiaqꝫ habētur: qualia iter se sunt ea: circa quę arithmetici ⁊ geometrę versant: tum de genere in genus demōstrationes referri nō posse. Hoc tale est. Fieri neqꝫ vt arithmeticę probationes accidentibus magnitudinum cōueniant accōmodenturue. Accōmodare accipimus ꝓ eo ꝙ est vti his: quę in alia sciētia demōstrant. Quādo vero genera illa quasi cōicant: ⁊ naturę quę subiectę sciētijs sunt societate aliqua cōtinētur: tūc alteri alterius ꝓsidio vti cōcedit: ⁊ ꝓnunciata alteri⁹ ad cōmodum suū trāsferre. ¶ Hoc fędere ꝓspectiua cū geometrica ꝯiungitur. Cōsinia eniꝫ ⁊ cognata vtriqꝫ genera sunt. Immo vt verius loquar alterū sub altero continet. Naꝫ lineas rectas eē: ⁊ angulos rectos: ⁊ lineas ęq̄distantes ⁊ lineas cōcurrere: ⁊ omnia quoꝝ vsus perspectiuo est: geometria demōstrat. Ab hac igit ꝓspectiui principia sua pręcario possident. Idē ordo inter musicem ⁊ arithmeticem cernit. Naꝫ duplio / sexq̄tertiū / sexq̄plumq̄ inde ortū habēt: moꝝ a numeris ad melicę ⁊ mensus canoris trāslata. Sed ⁊ medicina sępissime ꝓbatiōes a natura desumit. Quoniā corpus humanū circa qd̄ negociū orti ei est: sub corpore naturali cōprehendit. ¶ Sed vel inde adstrui euidenter pōt quod dicimus. Geometra de nullo gn̄e geometrica rōne mōstrauerit: qd̄ a lineis ⁊ superficiebus sit abiūctum: vt de hoc. Cōtrarioꝝ eandem rōnem haberi: aut de illo. Cōtrarioꝝ contraria esse cōsequētia: imo ne de his quoqꝫ quę tāetsi a lineis separata nō sunt: non tamē per se insunt: neqꝫ in eo ꝙ lineę superficieiue: sed extranea rōne: ⁊ quę ab earū suba lōge absit. Exēpli causa. vtrū pulcherrima linearum sit recta. Vel vtri magis orbiculari opponatur an arcuatę. Nō eni de pulchritudine his: neqꝫ de oppositione cōtrarioꝝ: qua geometrę suntagitur. Propterea ꝙ ꝓmiscua hęc videntur ⁊ in pluribus generibus reperta.

¶ Demōstrationē non cōstare cōibus. Cap. XVII.

Locos igitur oēs vagos perinde vsitatissimosqꝫ a demōstratione reijcimus: quales in tractatib⁹ dialecticis exercati sumus: vt qui a cōtrarijs / a cōsequentib⁹ / a similibus / a coniugatis vocat. Iactati hi sūt ⁊ translaticij. Nihil vt proprium ⁊ alijs gn̄ibus nō conueniens ꝓferant. ¶ Sed q̄stio est: si ꝓprias eē opꝫ ꝓpositiones: quibus demōstratio sarcit: q̄obrem dictum est proloquia ⁊ dignitates: quę cōibus verbis sunt cōceptę: in demonstrationē venire: Vt illa si ab ęq̄libus ęqualia demeris. Itē illa: de quaqꝫ re aut affirmatio aut negatio vera est. ¶ Soluit. Sūt hęc quidē cōmunia: sed quom vtunt his: qui demōstrant: nō vt cōmunib⁹ si pro q̄litate ⁊ natura subiecta cū adiūctione ⁊ ꝓscriptiōe q̄dā vtūtur. Quobrem geometra postulatuꝫ illud. Si ab ęq̄lib⁹: nō simpliciter tractat: sed cū astrictiōe: si ab ęqualib⁹ magnitudinib⁹ demas. Et arithmetica. Si ab ęqualibus numeris. Enunciatū quoqꝫ illud disparatoꝝ oībus artibus ꝓferuit: sed cū adiectione accōmodationeqꝫ gn̄is ei⁹ circa qd̄ versant. Vbi gr̄a. numerus ois aut est aut non est. Nō ergo satis in demōstratione est: ꝓpositiones veras cōferri: neqꝫ itē imediatas: aut quę pręsua claritate probari aliūde nō possint: sed ꝓter omnia hęc: necesse est ꝓprias ⁊ generib⁹ alijs ipromiscuas corrogari. ¶ Quapropter quadraturam brysonis demōstrationē geometricaꝫ nemo appellet: ꝙ is ꝓnunciato vtitur q̄dē vero: sed cōmuni. Est ea hec. Illa inter se paria sunt quę eisdē maiora minoraqꝫ habētur. Hoc ꝓfatū non mō in magnitudinibus sꝫ etiā in numero tēpore ⁊ cōpluribus alijs verum est. Sꝫ q̄dnaꝫ illud est: quo assumpto visum brysoni est: q̄drari circuluꝫ posse. Sane q̄q̄ hoc ꝓsequi in loco non est: ꝓlibandū tamē tātisper videt: contemplatione eoꝝ qui auidiusculi sint noscendi. Omnis igit circulus maior est omnibus figuris multangulis: quę itra circulū designētur: ⁊ minor oibus quę deforis circūscribant. Figura porro multāgula: quę iter exteriores ⁊ iteriores figuras magnitudine media sit: sine dubio maior his erit: quę intrinsecus cōdantur: ⁊ minor his q̄ extrinsecus ambiant. Eisdem igitur maior ⁊ minor circulus videt: q̄bus ⁊ media hęc figura. Ita ex illo proloquio vincitur: vt figura multāgula cuꝫ circulo: pari magnitudie sit. Sed vt ꝓloquiū hoc verum sit: ⁊ si ita vis: etiam imediatum ⁊ euidētius: q̄ vt sit vendicandum: syllogismus: certe totus lacerqꝫ

In his duobus cap. cuꝫ ordineꝫ mutet quē seruat Arist. cur id id effecerit i exordio huius opis legere potes.

Ado intelligat id qd̄ dici ꝯsueuit est / sciam vnaꝫ in aliā descēdē: ⁊ demōstrationes alteri⁹ alteri accommodari.

ꝓncipio nitit vago cōmuniq3:nihil rei quā docebat priuatim addicto. Quoniā id neq3 vt ad circulum neq3 vt ad magnitudinē propriam sumit. ¶ Eodē modo falluntur qui ex accidētibus demōstrant. Propterea ꝙ assumptiones afferunt a gn̄e subiecto lōge remotas. At q non accidētariam sed stabilē sciētiam optinet: illas ex principijs rei: & ex his quę per se insunt ꝯsecuti vident. In hac necesse est vt medius terminus & ꝓpositio ea quę syll'm intēperat: aut ex eodē penitus genere habeant: aut ex aliquo huic cognato vicinoq3 non longe petito aut q̄sito: cuius exemplum superius nobis expositū est: quom diximꝰ ꝓportiones ad interualla & ꝯsonantias vocū a numeris profectas: eoq3 duas illas artes ꝓximitate quadā finitimas existere. Nā musice iccirco ꝓpositionibꝰ arithmeticis vti pōt: q̄a sciētię omnes quę ꝯstituūtę sub alia sunt: ipsam (vt sic) cōmonstrāt: vt musica: diatessaron ꝯsonātem inę̄sum eē: qđ genus in musicę tātū pensat: quātū epitritus in numeris: & ꝑspectiua: lineas ęque distātes: si procul sint desitę: ꝯiunctas videri. Sz ipm q̄obrē .i. quor ita sit a superioribꝰ sciētijs mutuant. Nā collatio sexquitertia: ratio est vt diatessaron cōstantia sit: & minores anguli faciūt. vt lineę ęq̄liter distantes: si eminus spectent videant coire. Differūt aūt demonstrationes hę ab his: q̄ vno tn̄ genere ꝯtinētur: in eo ꝙ in his termini tres ꝯspirant: & quasi populares gētilesq3 inuicē sunt. In illis dissensiūcula q̄dam habetur: quia cōclusio inferioris sciētię est: mediū sup̄ioris. Nam forma sexquipla per se in numeris perhibetur: & causa est q̄obrem diapente in melicis interuallum consonans sit.

¶ Demōstrationis ꝯnem esse perpetuā. Cap. XVIII.

Illud etiaz ꝑspicuo liquet: si ꝓpositiones ex q̄bus cōstituitur syllogismus vniuersalr̄ sumant: ꝯclusionē eiusdem demōstrationis ꝑpetuam euenire. Nam ꝓpositiones necessarię sempiternęq3 sunt. Ex necessarijs aūt & sempiternis necessaria & sempiterna veritas oriť. ¶ Sz hic spectandū est. Cōclusio primū dici vniuersalis possit: nec ne: vbi propositiones priores vniuersales eē noscunt. Ac videt quidē id ꝯclusioni adesse primū non posse: quod prius assumptionibus conuenit. ¶ Respōsio est p̄ma: ꝙ nō semp necesse est ꝓpositiōes haberi vl̄es vnde supra dictū Aristoteli est: nō absolute vniuersales sumi: sz si vl̄r sumant quasi esse aliquę possint: quę vniuersalr̄ nō sumant. ¶ Altera responsio est vt dicam: nihil vetare quo minus in ꝯne primum sit. Nō id qđ simplr̄ vniuersale est: sed id qđ primū iter ea vniuersale est: q̄ demōstrari possint. Atq3 hęc solo ea est quā Alexāder priore iprobata cōmunit. Cōmodius eni dici ita q̄ putari Aristotelē diriez tā subtilē designauisse vt verbū: vl̄r: ꝯnl. verbaz p se: ꝓpōnibus coopteret. Sed h nusq̄ apte ab eo ꝓditum legit. Alioqn nec possibile vi. Quo mō eniz vniuersale primū in conclusione fuerit: si ex vl̄ibus demōstrata res sit. Naz palā est: qđ ꝓdicatur primū medio inesse ꝓdicatum porro id est qđ primū demonstrari pōt: ita: ꝯnem vl̄em euadere. Ac forte hęc de cōclusione ea ꝓbabiliter dicerent: q̄ de ꝓpōnibus imediatis primo deducit. De sequentibus vtiq3 aut his quę ex probatis & demōstratis ꝓbant: nō video qui possint intelligi. In illis eni quę p̄ma demōstrari possunt: nō visunt. Q̄obrem aut demōstrationes gn̄is huius reiciendę circūscribēdęq3 ab his sunt: qui necessariū arbitrantur: vt vniuersale in ꝯnibus primū spectet. Aut fatēdum est quēadmodum per se ita & vniuersalr̄ ꝯcipi ꝓpōnes etiā primorū: & quę demōstrari nō habeāt: ad quas ꝓpositio ois reducit ac refert. Nam euidētia demōstrationis: & firmitas in ꝓpōnibus primis & ꝯclusionibus: q̄ ex talibus ꝓpositionibus ꝯficiant: posita est. Vn̄ syllus necessarius cōsistit. Hoc Aristoteles docet quom inq̄t: si propositiones vniuersalr̄ sumant: ceu necesse nō sit omnino vniuersales sumi: sequit cōclusionem haberi ꝑpetuā oportere. ¶ Aut ergo ita dicēdum est, aut cōstituendaz vtrūq3 vniuersalr̄ accipi: & id qđ in cōclusionem demōstrationis adiūgitur: & id per qđ demōstratio necessaria conclusione astringitur. verbi gr̄a. in triangulo: & id qđ est duos rectos habere: qđ quidez in conclusionem demonstrationis refertur: & id qđ est exteriorem angulū parem duobus his eē qui respōdēt intrinsecus: per qđ duos rectos in triangulo cōtineri addicitur. Atq3 in hęc vtilitatis causa nobis hactenus secedēdum fuit. ¶ Qđ vero dicit (inquit Aristoteles) demōstrationez ex vniuersalibus & perēnibus cōstare: ideo non valet vt ideas inferri necesse sit. Naz qui ideas cōminiscūtur: nō concēdant vniuersales eas esse: neq3 tā q̄ vniuersalia quędaz in singularibus positas. Sed singulas ad numerum constituunt & a particularibus seorsuz abiūgunt. Ita tamē vt particularia per illas eē intelligantur. Quom itaq3 vniuersalia de singularibus synonyme afferant: idest cōsortio appellationis & rei. Ideas omonyme idest societate nominis sola participari a singularibus cōstet. Certe nullus earum vsus demonstrandis rebus comparet: vniuersaliū comparet vt sine quo mediū teneri non possit.

¶ Demōstrationem non esse caducorū. Cap. XIX.

Ex his & illud dilucet: si ꝯclusio demōstrationis perpetua eē oz: nullā demōstrationem caducarū & dissipabilium rerū simplr̄ futuram: proindeq3 nec sciētiā. Sed soluz rōne vna si mētio earū concepta vniuersaliter sit. Quę eniz cōfirmatio eē cōclusionis potest: quoius subiectū dissolubile subcisiuūq3 habeatur: & cui ꝓdicatum: neq3 semper: neq3 simplr̄: sed mō isto modo nō insit. verbi gr̄a. inest Socrati vt aial sit: sed nūc: nec quia Socrates est: sed q̄a hō. ¶ Plane quoq3 conclusio cōmutabilis & corruptibilis est: in his ꝓpōnes nec vniuersales omnes habētur: neq3 per se. Sz necesse est saltem alterā corruptibilē nec vniuersalez afferri. ¶ Quēadmodū autez caducorū demonstratio necti non pōt: ita nec definitio. Nā definitio vel demōstrationis initium est: vel demōstratio est solo situ differēs: vel demōstrationis cōclusio. Initium demōstrationis est: quando vel pro imediata ꝓpositione: vel p termino in ꝓpositiōe desumitur: situ solo a demōstratione differt. Quoties talis definitio est: quę causaz rei qđ ita sit cōtineat: vt illa. Deliquiuz solis est occultatio luminis eius ob lunā ei oppositam atq3 subiectaz. Definitio hęc ordine paulū mutato in demōstrationem cōmeat. Hoc modo. Luna subijcitur atq3 opponit soli. Id qđ subijcitur atq3 opponit: occultat. Luna igitur subiecta atq3 opposita solē occultat. Cōclusio autē demōstrationis definitio ea est: q̄ causam materialē attingit. Sed de rōne definitionū sequētibus diligētiore vsu docebimus. ¶ Nūc illud vidēdum quēadmodum earū reruz quę nō semp: sed ꝑpētuꝰ eueniunt: sciētia & demōstratio possit cōstitui: vt defectuum lunę qđ hi nō semp sed statis tēporibus accidāt. Sed facilis & absoluta defensio est earū rerū quę certis interuallis redire in suos orbes vidētur: forma tn̄ cōis in demōstrationem venit. Nec eniz de vno aliquo defectu h vel illo: qui hac vel illa hora cōpareat: demonstratio accipitur: sed de omni quē ex talibus causis prouenire necessarium & ꝑpetuum est. Ita in his vniuersale nō particulare monstret. Nisi ꝓpterea particulare monstrari dicamus

Si recte animaduertis. Themis. vna cū Alex. circulari vi vti demrādo: nam cap. 8. q̄a cōclūo necc̄ia sit ex ꝓpōnibus necessarijs dēmrādo cō stare ꝓbauit. & hic ꝯclonē sempiternam necc̄iā q3 ꝓpōnes sint necessarię.

Si vera ea sit q̄ sup̄iꝰ sūt ꝓbata: negat ñ possumꝰ demr̄ ab his ꝯclonē vl̄em eē & p se. nā cap. 14 dixit The mist. Alex. ꝓbasse: sola ea eē necc̄ia: q̄ p se & vl̄r sunt: vl̄ q̄ fatendū ē ꝯclonez vl̄ez eē: vl̄ ñ eē necc̄iā ē affirmādū: eē ꝯtra errorea: q circa vl̄e cōmitti pōt fere ꝯclonj accōmodauit. q̄re recte videt Alex. vidisse: neq3 illud obstat: quod Them. in ꝯ

rūs afferre videt. de ea. n. l tāmē loquimur omīsimo necessariꝰ defini tionē supius dedimꝰ: q̄ ex imediatis ꝓncipiis ꝯstat. h verissima ē & ꝓpriissima ē demr̄aꝰ. cęte re do sunt aꝰ loco. neq3 aliā rōne dm̄ stratōes appellāt: nisi q̄ in ꝓ hac referunt. immo reoꝰ dicerent ꝓm. qđ in ꝓmissis q̄rimr eē q̄ ad cāmz q̄a. s. nulla sit hor. cū p qđ illō mōstrari possit. in cōclone vo q̄ ad subzaqūm nullū sit ꝓuo subo q̄ illō ꝓdicari possit omīsari.

a Sic dixit ipse grece. ἐὰν ὦσιν αἱ προτάσεις καθόλου, οὐχ ὅτι ἰστὶ καθόλου καὶ τὸ συμπέρασμα ἀ[illegible] ἀλλ' ὅτι ἀΐδιον, h est cū. n. dixit si ꝓpōnes vl̄es fuerint: nō intulit ꝙ ē cōclonē vl̄ez eē oporteat. sed ꝙ sempiternam.

mus qꝛ sub vniuersali positũ constitutumq; sit. Queadmodum de caducis retro concessimus. Hactenus dictũ volumus: quo pacto duas illas notas: per se: & vniuersaliter: audire in demonstratione oporteat.

Ad nullã sciẽtiam ptinet principia sua ostendere.

¶ Quid sit p̃ncipium cõe quid ꝓprium. Cap. XX.

NUnc initium aliud sumamus. Si ois demonstratio ex priorib⁹ existit. Certe ad nullam sciam ptinet: p̃ncipia sua ostẽdere. Nec. n. preterea dicerent̃ esse p̃ncipia: si per aliqua priora se cõfirmari explicariq; possent. Nã si hec quoq; comprobare necesse esset: rõnẽ hãc in ĩfinitum extrahere oporteret. Si vero non esset necesse: sed tanq̃ notissima subiacerent: nimirũ hec p̃ncipia statuerentur. Porro qui hec nouit: & ex his demonstrat scientior eo est: qui posteriores ꝓpositiões nouit: & posterioribus principiis demonstrat. ¶ Sed q̃ro sit hoc iꝛꝛo rabile: vt p̃ncipia geometrie: arithmetice. Musice: ceterarũ artiũ demonstrari non possint: An pñt quidem illa sed nõ in ea scia cuius sũt pricipia: & que his vt p̃ncipiis vtitur: nam si ita sit: tunc scie alia p̃ncipia suis principiis facerent. Sed ratio hec prime p̃hie cõmissa mandataq; est. Quoius ambitu oẽs doctrine cingunt̃. Ita. n. demũ obire sciẽtias oẽs põnit amplexa omnes sit. Queadmodum geometria perspectiuam: aliogn impossibile arbitror: q̃ñquidẽ necesse est demonstrationẽ aut ex ꝓpriis: aut ex cognatis & finitimis confici. Atq; hec illa est predicatione oium ꝯcelebrata. Sapientia quã simplr̃ & maxime sciã appellare opꝫ: vna hec causas rerũ non oẽs: sed p̃ncipes & optimates attingit. Pricipes & optimates causas nuncupamus: quarũ nulla superior causa sit. ¶ Prohinc difficile agnitu est teneamus rem scia nec ne: qm̃ intelligere arduum est: vtrũ ex ꝓpriis quicq; p̃ncipiis: an cõmunibus sit ꝯfectum: hoc. n. vero scire. Hec nunq̃ suos numeros hꝫ sciẽtie nisi per hec quesita. Si eni satisfactũ desiderio quis credat: q assumptiones veras mõ cõpererit: in maximo errore versatur. Sꝫ vt sepius testati sumus: adhibere principia opꝫ: tum cognatissima his que demonstrantur: tum eiusmodi: que per se in his adesse & contineri dicantur. Equidem sua quoiusq; generis principia appello: que vt sint necesse est constituere: si habenda demonstratio est. Ipsum vero vt sit in principiis opꝫ prenosse. In his: que a principiis fluunt: probare.

Locus hic est annotatiõe dign⁹. affirmare. n. vi[?] Tbe. ceteras scias ea rõne sb b[?] põta ꝯtineri: q̃ musice sub arithmetica & sb geometria ꝑspectiua.

¶ Quot modis principia prenoscantur. Cap. XXI.

SEd diuidendum a capite est ad hũc modum. Quom tria sint momẽta quib⁹ absoluitur omnis scia. Genus subiectum: vt numerus: magnitudo: triangulus: tessera. Affectio idest ea que per se in genere illo insũt: paritas imparitas: duob⁹ rectis eqpollere tris angulos: lineas a minoribus angulis eductas ꝯcurrere. Tertium ipsa ꝓloquia: si ab equalib⁹ equalia demeris. Genus subiectum statuere opꝫ: vt sint. Affectiones: & ea que per se insunt: quid significẽt. Proloquia vtrũq; desiderãt. Naꝫ & vt sint & quid significent anteq̃ demonstratiões: sciẽdũ. ¶ Sed q̃obrem generi & affectioni altera prenotio sufficit: proloquio vtraq; necessaria est. An qꝛ proloquio teximus inuicem terminos & ꝯclusionez assumimus. ¶ Nõnulla sane sunt que constituere superuacaneum sit: qualia que nobis admodum perspecta explorataq; sunt: vt subiectam naturam esse si hoc ita cognitum sit: & vt in prouerbio est: vel pueris scituꝫ. Nec enim ꝯstituit physicus aliquid esse feruidum: algidum: sudum. Nec medicus humanum corpus esse. At numerum & vnitatem esse: cõstituendum arithmetico est. Quia hec non perinde vt cetera in euidenti sunt. Solemus & preterire conniuendo ea que pre sua facillima cognitione quid significẽt nosc[?]antur vulgo: sit enim perridiculum quasi acta agas que sua opte ingenio exposita sint conari exponere.

¶ Differre ꝓloqa a postulatis subiectiõib⁹. Cap. XXII.

AC proloquia qdẽ a postulatis & subiectionibus differunt: q neq; ꝯstituunt̃ neq; petuntur concedi: qꝛ & vera sunt & vident̃. Quom dico vident̃ vera: non id dico: q cõcedantur ore. Nam hoc quidem modo posset contingere vt ꝓloquia nulla essent: sane quom saltem exteriore verbo possint negari. Nam interiore non pñt. Qui eni negaret paribus demptis subsidua eẽ paria: sermone potius q̃ interiore sensu contenderet: & vt vetus ẽ sumptũ ab Euripide. Dissentiret lingua non corde. Demonstratio aũt non ad exteriorem locutionẽ: sed ad internam intellectualemq; pertinet: queadmodum & syllogismus. Non ergo ex eo quid quisq̃ foras pronunciat: sed ex eo qõ intrinsecus approbat auctorantur ꝓloquia. Plerũq; enim dissonat: qõ in lingua promptuꝫ habet̃: ab eo quod clausum geritur in pectore. Nam nec geometre lineis his vtuntur: super qbus speculamina sua exigunt: sꝫ his quas aĩo retinent conceptas: & quarũ tanq̃ exẽplaria & note sint linee: que in abaco aut in puluinsculo describunt̃. Quom. n. pedalẽ lineã ducant: que non sit pedalis: aut equilateruꝫ: qõ sit equilaterũ: non ad ea que graphio desinantur: spectandum est. Sed ad ea que mente intelligunt̃. Atq; hec vero sunt: qb⁹ illi quom demõstrant vtuntur. Nam in ꝯclusione lineam vlẽm accipiunt: sed docẽt per illam iterpretez: que desculpta in mensula est. Aliter eni linea vera significari discentibus non posset.

Plerũq; dissonat qõ i lingua ꝓmptum hꝫ: ab eo qõ clausũ gerit̃ in pectore.

¶ Qui vsus primorum principiorum in demonstrationibus sit. Cap. XXIII.

PRoloquia vero eẽ admodũ agnita certaq; manifestũ oib⁹ est. Quid. n. certi⁹ q̃ nihil eẽ qõ sit affirmare negareq; liceat: vsq; eo. n. ꝓloquiũ huius idubitata lux est oib⁹: vt id in demõstratiõib⁹ locare assumptiõis loco depudeat. Fere. n. plixũ ac supfluũ vr̃ q nihil sit eo ꝯspectius: exploratius: ꝓ̃ptius: & tñ sũt in qbus necesse est pfari illud ꝯstituere assũptiõis loco. Sed dicet aliqs. Qñnaꝫ aut queadmodũ: Quoties itentio est: id ꝯcludere: vt aliqd eẽ: & qõ ei opponit̃: nõ esse õmonstratiões. Verbi grã: finitũ esse mũdũ: nõ qõ huic opponit̃. i. mundũ eẽ finitũ: nõ finitũ nõ esse: hoc est nõ esse ĩfinitũ. Ratio aũt sic formabit̃. De nullo corpe finitudo simul põt affirmari & negari. Mundus ẽ corpus. Semp q; in hoc genere maior ꝓpositio talis sumi dꝫ: cui assimilis subiungẽda ꝯclusio est. Non solũ aũt manifestum est nihil affirmari & negari simul idẽ posse: sed & illud quoq; de quaq; re necessario alteram partẽ afferri. Hec. n. nã disputorũ vi. Nam ꝯtraria q̃q̃ simul haberi non pñt: non tamẽ alterũ eorũ necessario habeat̃ necesse est. ¶ Hoc proloquiũ ab aliqbus in demonstrationẽ ꝯfertur. Precertim eam que ad incõmodũ perducit. Nam q demonstrat ipossibile esse oppositũ eius qõ vult tenere: necessario adhibet alteram ptem disiunctionis. Nec aliunde rõni sue necessitatez molitur: q̃ ex initio: eo q necesse est: in omni disiunctione in qua: aut etiã aut nõ ponit̃ alterutrũ esse verũ. Hinc illud est qõ dicit̃ diameter aut cõmensurabilis est coste: aut in cõmensurabilis. Item aut cõmẽsurabilis: aut nõ cõmensurabilis necessario est. Incõmensurabile porro: siue nõ cõmensurabile nihil aliud est q̃ altera pars disperationis. Quod qdem q̃uis explicitum expressumq; demonstrantibus non sumitur: tñ vis ꝓloquii eius subest ea quã diximus.

¶ Accõmodatur vero et q̃ſi deſcẽdit in mãm ꝓpriam: quoties id qđ in eo fuſum vbiqꝫ eſt: ad genus certum ꝯtrahimus. Dictum.n. et ſuperius eſt: cõia proſata non q̃diu cõia ſeruant̃ in demonſtrationẽ venire: ſed tum demũ quom ad ſubiectam nãm traducta ſunt ſubditis: ꝑ quę cõuenire in alia deſinãt: ita vt aſtrictione huic generi de quo agitur ꝓpria et apposita euadant.

¶ In qbus cõmunicent ſcientię: et quẽadmodum prima philoſophia a dialectica differat. Cap. XXIIII.

Sunt aũt peruulgata quędã ꝓloquia et in oẽ genus ſparſa: in qbus oẽs ſcientię cõicare inuicez videnť. Habenť vero duę virtutes: quaꝝ altera iferior eſt, altera pſtantior. Sapiẽtia et dialectica: ꝯueniunt inter ſe: ꝙ ꝓloquijs nõ eodem more vtunť quo artes cęterę: ſed confirmãt ea et comprobãt. Vꝝ itereſt, ꝙ dialectica ex ꝓbabilib' ratiocinaŕ: ſapientia alio genere. Item dialecticam in ordinem ſciaꝝ nõ redigimus: qꝛ genus certũ non hꝫ: in quo verſeť: nõ lineas: nõ numeros: non ꝓportiones. Pręterea nõ de his quę ꝑ ſe iſint: ſed de his quę ieſſe videanť accurat. Quãobrem dialectici iterrogationibus ꝯfidenter icęſſunt: qꝛ vtrum ꝯceſſum negatumue ſit rõnes hñt qbus reſpondentẽ: aut in laqueos inducãt: aut reuincãt. Hoc non facerent ſi vterenť his: quę ab oibus ꝯcedunť. Et.n. ĩpoſſibile eſt de eodẽ ꝓbari cõtraria: vbi gratia: de aio vt mortalis imortaliſqꝫ ſit. At is q demonſtrat: alteram partem iſumit ꝓbandam: qꝛ nõ interrogat ſed veritatem veſtigat. Quo circa ſi quis moueri ſemꝑ animũ negauerit et alteram partez ꝯceſſerit: dimittetur ſtatim: nec pterea fatigabiť percunctationibus.

¶ An iterrogatio aliq̃ demſoni cõueniat. Cap. XXV.

Sed quęro num ſit q̃ interrogare debeat qđ demõſtrat: et num iterrogatio aliqua ſit quę ſciaꝫ pariat: quẽadmodũ aliqua captioſa et aliq̃ dialectica eſt. Soluiť. Ratio eſt vt quẽadmodum ꝓpoſitio aliqua: ita et iterrogatio aliqua quę demonſtrationi obſeruiat: habeatur. Non tñ interrogatio omnis ſicut neqꝫ omnis ꝓpoſitio ad demonſtrandũ appoſita eſt. Sed ſoluꝫ ea de qua ſyllogiſmus quacunqꝫ ſcientia proprius nectitur. Hãc tu ſi paulum cõmutaris iterrogationem ſcitam efficies. Interrogabit vero geometra non vt de reſponſo ꝓpoſitionẽ ad ſyllogiſmum ꝓprium corroget. Nam ꝓpoſitionez illam habere intus põt ẽt ſi ab alio nõ condiſcat: ſed vt ꝑtentatiuus aliquoſqꝫ eandem ꝓfiteantur artez ad id qđ vult efficere iterrogando perueniat. Alioqn non ſemꝑ iterroganti rñdendũ: nec ſemꝑ ſubeunda diſputatio eſt. Sed geometricę roganti geometricę rñdendũ nõ muſicę: et muſicę agẽti muſic' nõ geometra rñdeat. ¶ Sꝫ q̃ri aſſolet: num quę arithmetica iterrogatio ꝑtinere ad muſicam poſſit: aut naturalis ad medicinã: aut perſpectiua ad geometriaꝫ: Et videri poteſt ꝑtinere. Nam ex arithmeticis principijs in muſica tractatus multi habenť. Et ex geometricis in ꝑſpectiua. Solutio eſt. In his reſpondendũ eſſe etiam ad ea quoad viciſſim cum ſcientijs generalioribus cõicant. Ad principia non reſpondendum neqꝫ ad q̃ſcunqꝫ rogationem quemadmodum ſupradictum eſt. Itaqꝫ conſtat ſi geometra coarguitur: ꝙ conum in duas partes nõ ſecuerit: non vt geometra inceſſitur: ſꝫ vt is quẽ cuꝫ imperitia muſices geometram eẽ ꝯtingat.

¶ Cum his igiť qui geometriam neſciũt de geometria diſputandum non eſt. Nec enim intelligere aliquis poteſt recta captioſaue diſputatio ſit: ſi id de quo diſputať ignoret. Nec quẽadmodum earum rerum quę probabiles tantũ et ꝑſuaſibiles ſunt: ita eaꝝ quę ſcienter tractanť adhibere imperitos iudices poſſumus. ¶ Imperitorum aũt duę habenť ſummę formę: vna eoꝝ qui de re omnino nihil itelligunt. Altera eoꝝ q intelligunt qdem aliqd: ſed ꝯtra q̃ ſit et deprauate. Ita vtereqꝫ iperit' geometrię fuerit et qui nihil de lineis ęque diſtantibus nouerit et q coire illas poſſe crediderit. Atqꝫ hęc imperitia q̃q̃ geometrica põt dici ratione vna: ꝙ ſuper re Geometrica eſt: quę recte intelligi poſſit: tñ longe difficilior priore et magis etiaꝫ varia atqꝫ multiplex eſt. Sed quẽadmodũ difficilior videaŕ: et quot modis ꝯtingat: demũ qua ratione obuiam ei eundũ occurrendũqꝫ ſit: proceſſu docebim'.

¶ Cõmendatio Matheſeos: et qd ſit ſyllogiſmũ ampliari in directum/ in latus/ per media. Cap. XXVI.

In matheſi obratiocinatio (ſic eni paralogiſmum iterpręter) nõ adeqꝫ cõmittitur. Nam mediuꝫ in his ſemꝑ duplicem hꝫ reſponſum: ſeu omonymũ: ſeu ſynonymuꝫ ſumatur. Pręfinitũ vero certũqꝫ omne eſt: et cuiuſqꝫ appellatio demonſtrationẽ iuſtam minimo minus penſat. Nam qui nomẽ circuli audit: ꝯtinuo circulũ contueť in ſe deſcriptũ afformatũqꝫ animo: nec ad ſignificatum deerat. Sed in illud tñ referť: quouis et definitionem cõmunis. Qđ ſi quędam carminis forma dicitur circulus: tñ ratio circuli: quę a geometra mente cõcępta eſt: ſuſpicari non patitur circulũ eſſe carminis genus. At rõnes dialecticę nec medijs ꝯſtitutis vtunť: nec i aliquo genere pręſcripto verſantur: qualis illa. Scientes diſcũt: qui diſcunt neſciunt: ſcientes igitur neſciunt. Naꝫ diſcere dicunť: et qui ſciunt: et qui docentur. ¶ Plane fallacia interim a medio naſcitur: vt ſyllogiſmis his: qui per medium omonymũ: ac ſi cognomine dixeris aſtringunť. Eſt aũt id medium: qđ ante complexionez iterꝫ ſumiť. Quare quoties alio ſignificatu in propoſitiõe vna accipiť: q̃ quo auditũ in altera eſt: omonymia cõmittitur. Interim oritur ex forma: vt ſiqs duabus affirmatiuis in ſecunda figura vtatur: vbi medium ex vtraqꝫ extremitate conſequiť. ¶ Si aũt fieri nõ poſſit: vt ex falſis vera cõmõſtrarenť: facile vtiqꝫ eſſet quacũqꝫ doctrina reſoluere. Reſoluere appello: vera ꝯcluſione poſita: ꝓpoſitiones ex qb' confecta ſit: exquirere. Hoc indꝫ facile factu eſſet ſi verũ non niſi de veris euaderet: qꝛ certa determinataqꝫ haberentur in quę referẽda ꝯcluſio eſſet. Nunc q̃uis ex ꝓpoſitionibus veris: non niſi vera concluſio exiſtat: nõ tamẽ in contrarium recurrit. Sępius.n. cõcluſio vera ex probabilibus ſumptis elicitur. Atqꝫ hinc difficilis reſolutio eſt: qm̃ perſecutio illa propoſitionum inueſtigatioqꝫ in immenſum excurrit: q̃nquidem infinita probabilia eẽ poſſunt: de quib' vera ꝯcluſio eueniat. ¶ Porro in hoc mathematicę rõnes a dialecticis differunt: ꝙ hę faciliores reſolutu q̃ dialecticę ſunt. Ratio ea q̃ ad ꝯcluſionẽ ꝓbandam falſa nõ ſumunt. Sed ne vera qdem adhibent oia: vt quę: aut cõia ſint: aut ex accidẽtium genere: ſed oẽs aut ex finitionib': aut ex his quę ꝑ ſe hęrent promuntur. Hęc vero facilia numerari definiriqꝫ ſũt. ¶ Eſt et ſimplicior reſolutio mathematicaꝝ rõnum: reſpectu alio: quia cõpoſitio eaꝝ et accretio ſimplicior eſt. Nec eni quẽadmodum in dialecticis ita in mathematicis duplex earũ ampliatio viſitur. Naꝫ dialecticę rõnes et extrinſecus aſſumendo ꝯcluſionibus dilatanť: idqꝫ bifariã. Naꝫ aut in directũ excurrunt: aut in latus fundunť: et media corrogando aſſumptionib' creſcunt. Mathematicę alio genere prouehunť. Quod.n. ex prioribus ꝓbant inſequẽtia: ſimulatqꝫ in his aliqd explicatũ dmonſtratũqꝫ eſt aſſuiť iſequens. Hac forma continenter toto opere attendunť porrigũturqꝫ. Ita videm' ꝑmo theoremati ſcđꝫ annecti

& tertiū scdo subiungit: & deīceps eadē serie reliquā. Mediorū aūt nulla in his corrogatio est. Igit̄ hęc ppositionem aliquā mediatā non sumūt: quēadmodū vero in his ab vno coorta ppositio ēita resolutio ad vnū pcumbit.

¶ Quēadmodū vna scientia vtraq; demonstratione vtatur: & q̄obrem & vt sit. Cap. XXVII.

Scire p cām duob⁹ modis accipit̄: aut qr p mediū quoddā sciatur: nā omne mediū causa ɔclusiōis elicitę est: aut qr explicatio p causam rei: quę cōprobatur ɔtingat. Priore significatu: syllogismus p causam formatur: qr oīs rōcinatio vtcūq; ex medio suo existit. Posteriore p causam non oīs syllogismus deducitur: sed solum is: q a nobis demonstratio. i. euidens pbatio appellatur. ¶ Sunt & syllogismi alij: q demonstratiōes dicantur: modo cętera quę reqsiuimus hēant. Sz syllogismū q de cā rei emanat dmōstrationē: quot ita sit siue q̄obrē sit: dicimus. Qui vero de medio solo ɔsurgit: & de reciprocis tm̄ ɔstat demonstrationē: vt sit siue qd sit: vocamus.

Hoc idē supius cap. 4.

Hui⁹ loci sicdis īterpretatio hęc ē. posteriore signification nō oīs: sz q p cāz rei. istiu⁹ āt modi solū is ē: quē pprie demōstrationem appellam⁹. nos & aliter demōstratiuus est. sic enim ait. κατὰ τὸν δεύτερον δ' οὐχ ἅπας, ἀλλ' ὁ διὰ τῆς αἰτίας τοῦ πράγματος τοιοῦτος δὲ μόνος, ὃν κυρίως ἀποδεικτικὸν λέγομεν ἐπεὶ λέγεται καὶ ὁ ἕτερος ἀποδεικτικός.

¶ Alius modus: quo in vna scientia vtraq; demonstratio est. Cap. XXVIII.

Sane fieri potest: vt eadem scientia: modo ipsum quamobrem tractet: modo ipsum vt sit explicet: aliqñ est: vt diuersa scia sit: q̄obrem condocet ab ea q̄ vt sit demonstrat. Sed videamus quēadmodum eadem scia vtrūq; attingat. Duplex is est vnus: hic quez modo exequęmur. Cum causa rei vt p se ista necesse est & ppinqua sit rei quoīas est cā. Syllogismus qui p ppositiones mediatas absoluit̄: fere demonstrat: vt sit: q vero p imediatas magna ex pte: q̄obrē sit. dclarat. ¶ Ut astronomus: quom pbat australes stellas ocius q̄ aqlonias demergi: p id q aqlonię mouent̄ minore segmēto: demōstratio q̄obrē est: qr p cām rei pximā & adiunctā exprimit̄. Quom vero eandē ɔnem ɔfirmat: p id q stellę meridionales a septētrione plus distāt: q̄q̄ vez ex veris addicit: nō tñ p cām ppinq̄ & sūmā ondit. ¶ Eodē mō in scia nālt: quoties imortalitas animi de motu eius iteriore & indigete approbat̄: tum remota & interpollata demonstratio fit. Quoties vero p id q animus vitalitatis initium sit: exordio sineq; vindicat: tum iuncta & ɔtinens demonstratio est. Qui fruges itez arboresq; probat non spirare de eo q aīalia nō sint de longinquo collimat. At q de eo id demonstrat: quia desit his pulmo rationem imediatā attingit. Nec enim q quę res aīal non sit proxima causa est: vt non respiret. Alioquin retrorsum cōmearet: vt q quid animal esset proxima causa diceret̄ q spiraret. Atqui multa sunt animalia: quę nihilominus animam non trahant: vt quę vocantur insecta. Sed proxima: vt dixi causa: vt nō spiret̄: est carere spirabili viscere. Certe aīal non esse abiuncta & longe petita ratio vt q frutices non spirent: qr spirare animal prędicatio hians mediataq; ē: nec nisi interuentu eius quod est pulmonez habere coalescit oppleturue. Proinde quom stirpes non spirare dicuntur q animalia non sint: superlatio in causa reddēda cōmittitur. ¶ Idem peccat Anacharsis scytha percuntantibus causam q in terra Scythia tibicines nulli essent. Respondit: qr vitem non ferret. Remotissima hęc sane causa: nam pxima erat: qr temulenti Scythę non fierēt. Causa huius qr temetū non haberēt: huius qr vites eēnt his negatę. ¶ In secūda ēt figura syllogismi p causas remotam ducunt̄: vt in exemplis his: quoz modo habita mentio est. Quom. n. aīal de oī quod respirat dicat̄: planta de nullo: relinquit̄: vt plantę non respirēt. Et quom vites tñ datę his sint: quibus tibicinibus: Scythis non sint datę: restat vt Scythis tibiaz vsus desit.

Hi ɔclō syllī q p remotam cām ducit̄ affirmatiua fuerit in p⁹ tñ figura dic̄ Io.

¶ Quemadmodum altera demonstratio in altera sciētia habeatur. Cap. XXIX.

Alius modus: quo eadem scientia: & vt sit & quot ita sit demōstrat: ē quoties rōnes duas imediatas quidez illas: sed alteram a cā: alteram a signo cōmunit. Qui eni argumento q peperit probat mulierez lactescere: causaz quot ita sit edocet. At qui retro agit peperisse dicens qr lactescat: vtitur demonstratione q est. Item qui crementum lunę ex plenitudine orbis demonstrat: cām quot ita sit declarat. Qui vero vice inuersa id pbat expositionem institit rei: quod est. ¶ Ac ᵃ sępe quidem contingit vt causę & signa reciprocent: & inuicem pbentur: ita vt quēadmodum a signo in causam subitur: atq; hęc explicatio rei vt sit vocatur: ita plerūq; a causa in signuz demonstratio recurrat: quę quot ita sit: siue vnde nam sit dicatur. Quom igitur a signo argumentum pstatur: tum ab eo tanq̄ a notiore q̄ causa sit: conclusioni fides affertur. Quom vero a causa proficiscitur: tum ab ea tanq̄ a principio rei procedit. ¶ Aliquando signa & causę retro non commeant. Nec enim quia ignes sunt si fumus adsit: etiam fumus adest si ignes sint: & q̄uis necesse sit: vt quę peperit cum viro coierit: non tamen retrorsum valet: quia potest coisse cum viro quę non peperit. In his demonstratio vt sit potest ornari: demonstratio quamobrez non potest. Nam causa per signum semper ostenditur: signum per causam non semper ostenditur. ¶ Quemadmodum itaq; non omnes causę cum effectibus suis reciprocant: ita nec omnia quę reciprocant effectus & causę sunt: quia fieri potest in eiusdem causę plura indicia sint: quę inuicem recurrant. Causę huius: q quis febriat signa sunt arterię creber pulsus & intentus calor: signa hęc mutuo se asserunt. Sed de neutro syllogismus q̄obrem ducitur. De vtroq; syllogismus vt sit componitur. Hi modi sunt: quibus eadez scientia demonstratione q ita sit: & demonstratione q est: tractatur.

gra. duci pōt q̄ sit negatiua: cōmode i 2ᵃ figura: i pᵃ eni nō ɔcludit̄ imediate ppositio ɔclōnis minore: ɔclusio ɔuertant causa rei cām exponit ipse hī loco.

a Locus hic illis fauere vī q defendunt regressum in demonstratiōib⁹.

¶ Qui modus sit quo in diuersis scientijs demonstret̄ vt sit: & q̄obrem sit. Cap. XXX.

Nunc aggrediamur ad modos: quib⁹ demonstratiōes illę in diuersas scias distributę habentur. Ergo quom scię ita vicissim se hñt: vt vna alteri subdita sit: vt Perspectiua Geometrię. Machinatio Stereometrię: Musica: q̄ arbitrio auriū ɔstat Musicę: q̄ in cognitione rōnis posita est: eoq; mathematica dī: nautica astrologię. Sūt. n. scię aliq̄ id gen⁹ q̄ q̄si synonymę sit: nec definitionē oīno diuersaz obtineāt. ¶ Quāobrē harmonicus dī. & q musicē auriū: & q mathematicaz musicē nouit. Quom inq̄ iter se ordie hoc scię fuerit: demōstratio vt sit ad sciētias sensiliū faciet: demōstratio q̄obrez: ad spectatiuas & mathematicas ptinebit. Nā mathematici causas hñt pspectas: sit nō sit: plerimā nesciunt. Nam & qui vlia contēplantur ignorant singularia: qr de his perinde nō cogitant. Equidem a mathematicis didici summā chordā responsuz & ɔsonantiā habere cū media: sed sentire ɔsonantiam non possum: qr vsu eius artis & exercitatione deficior. ¶ In plenum scientię: quę magis mathematicę sunt: idest quę in inspectione rerum amplius versantur: & quę formis citra mā & subiectum vtuntur: ipsum: q̄obrez: semper ostendūt: qualis geometria respectu optices est. Geometra enim quę lineis rectis propria sint: tñ sumit hactēq̄ actu a rebus auocare non potest: tamē genere quodā abiungit. Nā omne rectū aut in cęre aut in lapide: aut in ligno demum aliquo strato recipit̄.

καὶ τὴν ναυτικὴν ἀστρολογίαν, πρὸς τὴν μαθηματικήν. hoc ē: & nauticam astrologiam astrologię mathematicę

Sed artifex id non vt in aliquo boꝝ ↄtinetur vestigat:
sed vt seorsum habet̃: ꝛ abductũ a rebus. sed ꝑspectiuus
rectã lineã accipit: quę aut in amussi: aut in ęs lcisa cerna
tur. ¶ Ac sunt q̃dem aliqua q̃bus tractandis scia nãlis
ad ꝑspectiuã eo modo se hꝫ: quo hęc ad geometriam: vt
rõ arquus cęlestis. Naturalis definit arquũ vt sit aspect⁹
ex tali nube in solẽ refractus: sꝫ q̃obrẽ tali forma: tali co
lore visatur: perspectiuus absoluit. ¶ Sunt aũt scientię:
quaruꝫ etiã si altera sub altera nõ reponitur: eodẽ tamẽ
modo ꝓximę inuicẽꝫ vident̃: vt medicina ꝛ geometria.
Nam scire vulnera orbicularia tardi⁹ solidescere ad me
dicum pertinet: sed vnde naꝫ ad geometram.

¶ Quę figura syllogismi aptissima demonstrantibus sit. Cap. XXXI.

FIgurarũ prima ad sciam accõmo
datissima est. Nã ꝛ mathe
matici rationes suas ſm illam texũt: Arith
metici: Geometrę: Perspectiui: postremo q̃
cunq꞉ demonstrationeꝫ quot ita sit frequen
tant. Nam medię figurę vsus rarus ꝛ in pauca idoneus.
Amat. n. causa ꝑ affirmationẽ ostdi. Quom ergo notitia
q̃obrẽ potissima sit: efficit̃: vt figura hęc ad sciam q̃ren
daꝫ aptissima videat̃. ¶ Sed ad cognoscẽdos fines cõ
modissima eadẽ est: imo ad gen⁹ hoc sola ꝑducit. Nã de
finitiones verbis vlibus ꝛ affirmãtib⁹ ↄstant. In media
figura ↄplexio negatiua ↄcipit̃. In postrema ꝑticularis.
¶ Pręterea mediatas ꝓpõnes ad imediatas nõ alia fi
gura q̃ꝫ ꝑma reducimus. Nã eadẽ figura ↄtinenter ꝓpo
sitio mediata ad imediatã refert̃: qua primũ cępit astrin
gi: nec in scdã: affirmatiua: nec in summa vlis concludit̃.
Ita cõstat ꝑ has figuras mediatã ad imediataꝫ solui nõ
posse. ¶ Immediatę porro nõ oẽs affirmatiuę sed ꝛ ne
gatiuę aliquę habentur: neque eni imediatę sunt oẽs: quę
syllogismo ↄfirmari non habent: q̃les negatiuę illę sunt:
in q̃bus de neutro termino affirmari aliq̃d genus potest.
Nam in talibus vterq꞉ ab altero citra medium remoue
tur. Si eni medium aliq̃d statuatur: necessariꝫ sit illud
de altero termino affirmari: atq꞉ ita ꝑ id terminus subie
ctus a pręedicato contrarie abiungi syllogismo ꝓbabitur.

Id est defini
tiones.

¶ De syllogismo ĩperitię ignorantięue. Cap. XXXII.

Cap. 15.

NUnc id diligentius exquirat̃ de quo su
pra: nescio q̃d ꝑsumpsim⁹: duas eẽ
species ĩperitię: vna quom aliquoties rei pe
nitus rudes: ignariq꞉: sum⁹: vt pueri ↄclusio
nis eius. Triangulum duob⁹ rectis pares: ha
bere. Atq꞉ hęc nobis dimittenda est: nihil enim cõtẽpla
tionis artificiosę in ea comperias. Altera species ĩperitię
est: quę affectionis vocatur: quom quis rudis quideꝫ nõ
est: sed falsam eius rei sciam obtinet. Ut si triangulꝫ ha
bere tres angulos duob⁹ rectis maiores aut minores exi
stimet. Dicit̃ autem ĩperitia hęc affectionis: q꞉ quom cõ
tingit: animus ꝑsuasione quadaꝫ affectus ꝛ formatus vĩ.
Putat. n. se id scire quod nescit. ¶ Hęc igit̃ ĩperitia: aut
eaꝝ reruꝫ est: quę imediatę sunt: eęq꞉ sunt: nõ sunt: aut ea
rum quę per aliq̃d medium ꝑñt offendi. In vtroq꞉ autẽ
genere bipartita est. Nam aut per syllogismũ contingit:
aut per simplicem apprehẽsioneꝫ imbibitur: vt triangu
lum duos rectos angulos nõ habere: aut diametrum cõ
mensurabilem esse cum costa. Nam in his etiam sine syl
logismo corruere possumus. Qualis enim in sensu error
allucinatio ꝛ obauditio ẽ: talis in mẽte apprehẽsio ꝛ opi
natio falsa ↄsurgit. Solemus ꝛ rõne aliq̃ mentita captio
saq꞉ decipi. Atq꞉ hoc varijs ꝛ pluscul is modis cõtingit.
Nam ꝛ syllogismoꝝ formę multiplices sũt: eoꝝ ꝑcipue
qui paralogismi dicunt̃. In quos facile sit quem collabi.

¶ Ergo id q̃d imediate aut mediate non ĩest: vt inesse ꝑ
syllogismum credatur: in prima tñ figura potest accide
re. Ut eni quoties aliquid vere vlr negatur: seria demõ
stratio in alia figura quã ꝑma deduci non põt: ita ꝛ quo
ties aliquid falso vlr negatur: ratio mentiens alia figura
non texitur. Et hęc causa est q̃obrem imꝑitia hęc teter
rima ꝛ stolidissima sit: q꞉ sibi persuasionem scientię arro
gat: ꝛ ꝓprietates eius asciscit: ac vẽdicat: quod ꝛ accepta
vlr est ꝛ regulis scientię vsa. Quę ꝟo mediate in aliquo
imediateue ↄtinentur: non ↄtineri putare: syllogismo pri
mo ꝛ secũda figura ↄtingit. Proinde iterim hinc sumunt̃
falsę iterim altera. Sed q̃ñ ꝛ quẽadmodũ vtrũq꞉ gen⁹
eueniat: ab Aristotele ipso peti volumus. Nos si ꝓseque
remur omnia: inferemus offensionem adeuntibus hęc.

¶ Quẽadmodũ syllo ĩperitię occurrat̃. Cap. XXXIII.

ILluc post⁹ conferenda oratio est: vt do
ceamus solere ꝓpositionib⁹ fal
sis: ex quibus ob ratiocinationes hę idest pa
ralogismi ducunt̃: resisti nõ opponendo di
sperata: aut particulariter refellendo: sꝫ con
traria obyciendo ꝛ vlr confutando. Ex his enim conces
sis ꝛ veritas assereretur: ꝛ id quod errori contrariũ est ven
dicabitur. Nam deceptioneꝫ ita sumere possumus: vt ꝑ
eam contrarium demereremus. Ac dialecticus q̃deꝫ etiaꝫ
particulariter occurret: quippe cui conclusio aliqua vni
uersalis proposita non sit. Demonstrator semper repre
hensiones vniuersaliter asseret.

¶ Abolitio sensu aliquo: scientiam illius sensus abo
leri. Cap. XXXIIII.

MAnifestum ꝟo est siquis sensus de
fecerit: scientiaꝫ geneꝝ
eoꝝ quę sub sensum illum cadunt necessario
defecturam: ita vt ab eo eaꝫ deest quęri ꝛ ca
pi nõ possit. Hoc sic instruimus. Si verum
est quicquid condiscitur: aut inductione: aut demonstra
tione cõdisci. Demonstratio aũt vlibus: inductio ꝑticula
ribus ↄstat. Fieri nequit: vt sensiliũ geneꝝ vles notiões
scruteris: nisi ea ꝑ inductionem ꝑspecta ꝛ cognita habeas.
Inducendis porro sensilib⁹ qui põt is valere: q̃ diminu
tus sit sensu quo illa noscunt̃. Quom ergo: neq꞉ ex vlib⁹
q̃cq̃ꝫ sciri possit sine inductione: neq꞉ inductio sine sensu ab
solui: nulla ei via relinquitur: qua sciam capiat. ¶ Nã ꝛ il
la quę ꝑ abiunctionẽ a mã noiant̃ abstracta: q̃q̃ꝫ lõge a
sensu vident̃ remota: tñ auxilio sensus ꝛ inductiõe facilio
ra ꝛ euidẽtiora discẽtibus reddunt̃. Supficiem longitu
dinẽ: latitudinẽ: ꝛ cęteros mensus seorsum haberi facile
credimus: quõ fides inductiõis accedit. Nam triangulũ
tribus lateribus claudi: fere aut sensus aut inductio com
probat. Naꝫ tametsi hęc neq꞉ reuera exolui a mã: neq꞉
separatim pñt ↄsistere: tum ea inductionis vis est: vt q̃d
cuiq꞉ hoꝝ per se ingenitũ sit: comitatu sensus exploret.

¶ Quid sit ꝑdicari ꝑ aliud: seu ꝑ accidẽs. Cap. XXXV.

QUoniam ꝟo sępissime testati sumus:
eum q̃ demonstrat semꝑ su
mere: quę dicant̃ per se: ꝛ dialecticũ nõ semꝑ:
sed iterim q̃ per accidẽs prędicent̃: modo ꝓ
babiliora notioraq꞉ videant̃: q̃ꝫ ea q̃ ĩsunt ꝑ
se. Definiendę nobis formę sunt: q̃bus aliq̃d ꝑ aliud aut
per accñs prędicari ↄtingit. Sane fusa ꝛ multiplex eius
verbi significatio est. Primũ corpus per aliud esse can
diduꝫ dr: quia per supficiem: ꝛ vitis alba per aliud: quia
racemos albos obtineat: sed de accidẽte accidens dicet̃:
per aliud videbit̃ dici: vt de candido musicũ. De substã
tia quoq꞉ allatuꝫ per aliud prędicabitur. Si de numero
eoꝝ non sit: quę per se habentur: vt si de homine rufum

ñit subatrū. Cum vo maxime accidētaria prędicatio ē: quotiens peruerso nāq ordine substantiā de accidente afferimur. Ut quom de albo animal dī. Nam oratio hęc album est animal: differt ab ea quę est: animal est album. In eo q in posteriore quod subijcitur: neq in alio inest: neq per aliud consistit: sed per se substantia est. In priore id sumit vice subiecti: qd vt sit bz: ab eo quoius est accidens. ℂ In more itaq dialecticis est: quom argumentantur ꝑdicans vti ꝓbabilib⁹ cognitisq: nullo discrimine. Demonstraturus ꝑdicatiões incōditas: ꝛ ꝑposteras: quēadmodum ꝛ accidentarias vitabit: nisi quę accidentia huiusmodi sint: q̄ q ꝑ se insunt ꝑdicari ēt ꝑ se possint: de qbus retro monuimus. Atq oia hęc fortasse de his: q̄ sępius nobis exposita sunt: constant.

ℂ An demōstratiões in īfinitū euadant. Cap. XXXVI.

Expectat pridem nos disquisitio ea: neq ignobil' hercules neq superflua. An finitus sit numerus eoꝝ quę ꝑdicant de subiecto per seriem vo serie cōtinenti in īfinituz hęc exeant. Atq hoc qd dico tale est: ꝯstituamus summū ꝛ vltimū subiectū esse: vbi est. c. quod de nullo pręterea dicatur. Sed de quo id vbi ē: b. primū imediateq pręediceꝫ. De. b. vbi est. d. de. d. vbi est. e. Quęro nam: quando necesse sit: vt extractio hęc ꝑcumbatur in imensum sit castra? Ita vt de. e. pręedicari subinde. f. possit de. f. iterum. g. Idq in infinitum abeat: Sitq pręedicatoꝝ via inexhausta ꝛ inconsumpta: q̄ identidem suppetant. Atq hęc prima nobis quęstio ponit. ℂ Secunda est huiusmodi. Fingamus seu subiectū sit. a. tale esse: vt de ipso nihil dicaꝫ. Sed vt pręedicatum primum supmumq sit tum vt. a. imediate insit. in. f. rursus f. vt insit in. e. Deinceps vt. e. insit in. g. Quęro nam ratio hęc cesset: an egredi in īfinitum sit necesse? Nec aliquod subiectū invenire sit: qd non obiter de alio pręediceꝫ. Differt vo consideratio hęc a priore. Qm in ea id quęritur: an ꝑdicata infinito ascensu. In hac id agiꝫ: an subiecta descēsu īfinito suppeditēt. ℂ Tertio, qd est constitutis extremis: primo ꝑdicato: ꝛ summo subiecto: vtꝝ infinita interueniant media: vt si in ꝓpositionibus sumptis medius semper aliquis terminus sit: qui cōmittat: ne qd pręedicatum subiecto proxime innexum ꝛ cōtinens uideaꝫ. Atq hoc nihil aliud est: q̄ quęrere: an demonstrationes progressione infinita vtant: idest an infinita obire habeant q demonstrant: ita vt qcquid ad probationem alterius subministrat: ipsuz quoq ab alio probari necesse sit. An verius sit aliquas esse imediatas ꝓpositiones: ꝛ vltimos fines q̄ simul ventum est demonstratio sistitur. Eadem ꝛ i negationibus quęstio est: imediate aliquę habeanꝫ: an cōtra. Supra quales imediatę negationes dicātur ostendim⁹. ℂ In recurrentibus vo reciprocantibusq cōtrouersię hę pari modo non tractanꝫ. Non enim vltimo subiecto posito dubitari potest: an primum aliqd pręedicatum his sit. Neq primo pręedicato accepto quęrēdū est: an subiectum aliqd vltimum habeatur. Quom enim aliqua inuicem cōmutentur: qcquid de altero quęritur: de vtroq obiter quęritur: ꝛ si potest subiectum in his summum spectari: poterit ꝛ pręedicatum primū. Nam si vltimū subiectum ꝯuertas pręedicatum primū efficies.

ℂ Infinita non esse media: ꝛ si in affirmatiuis h verū: in priuatiuis verum. Cap. XXXVII.

a Extremę prioris capi. greca verba a latinis nō nihil videntur diversa: sic enim ait. ὁ δ' ὲ τὴν αἰτίαν ἔχων λόγος, τίνι τούτων ἐπάγοιτο ἄν, οἷον ὀργή, hoc est oratio illa causam continens: ad quē horū reducentur? q̄ bis b tē. ⁊ dīcit. τὰ χαλκὰ οὖν αὐτοῖς ἀμείψοιτε, καὶ ἀναπόδεικτοι, hęc forsitan igitur ⁊ hęc imediata ēē: que demonstrari nullo pacto possit.

b Medius terminus vel materia syllogismi.

¶ Quatuor causas eē posse media demrandi. Ca. XIII.

Ex his quę retulimus: propalā est: nullam finitionem demōstrari cōtingere. Nam solę illę differunt a demōstratione positę: quę causam rei quod ita sit edocent. Atq3 hę ad scientiam solę appositę videntur. ¶ Quatuor autē numero ponimus genera causarum. Primu3 substantię ratione3. Secūdū re3 subiectā: quā materiaz vocamus. Tertiu3 id vnde initiū motus. Quartu3 quoius gratia quippiam sit. Omnes hę in demōstrationibus: q̄obre3: spectantur ⁊ mediu3 termini sunt. Ac ratio quidē substantię. i. quod rei eē est: queadmodum in demonstrationez veniret: supra tādē per occupatione3 docuimus. Materia quoq3 reddita est. Hęc in syllogismo regionē media3 maxime obtinet: ꝓpterea ꝙ in demonstratione omni: materia [b] syllogismi videt medius eē terminus. Na3 medius terminus duas illas propositiones cōsarcinat: in quibus ꝯstituta demōstratio est. Porro sępe accidit: vt materia ea quę ꝓpria sit allata: quęstio: q̄obre3: cesset. Ob quod animaliū corpora consumentur: q3 cōtrariis constant. Redditur ⁊ primu3 mouens: q̄obrem mūdus visenda pulchritudine est: q3 Deus opifex: hic id a quo omnī motus habet causa ⁊ medium est. Q̄obrem Socrates vxorem ducendaz rebat: vt liberos haberemus. Quāobrem fabricatus est mundū Deus: q3 bonus erat. Hęc finis: ⁊ cā quoius grā est.

¶ Idē effectus per plures causas mōstrat. Ca. XIIII.

Tractatio autem ⁊ constitutio mediū atq3 causę nō eodem modo in omnibus habetur: sed aliud priore ordine q3 effectus est: vt mouens: aliud posteriore: vt fines: ⁊ ea quoru3 gratia res quęq3 ⁊ efficiuntur ⁊ sunt: aliud simul: vt definitio ⁊ qd rei esse est. ¶ Nihil vero ꝓhibet: quin idem ⁊ gratia melioris notę ⁊ ex vi materię sit. Uerbi grā: q̄zobrem de laternis egreditur lumen: quia necesse est: vt id quod foraminulentu3 est: ⁊ ampliusculos habet meat9: quale cornu laternę videtur: peruium lumini sit: vt subtiliori graciliorisq3. Hęc necessitas materię est. Huic coniuncta ⁊ ratio boni pulchriq3: ne qui noctu procedunt ad aliqua offensent. Idē sed clarius in corpore cęlesti apparet. Nam ⁊ conuertitur in orbem necessario: quia nec graue est: nec leue. Et gratia aliquoius: vt q̄3 proxime possunt imitatione: accedant ad deum. Plurimis adeo naturę operibus: ⁊ necessitas: ⁊ finis inest. Patet hoc in dentibus: quorum ꝑmores acuti sunt: tum ꝙ ex osse gignuntur teneriore: tum gratia finis: vt cibo secando dirimendoq3 habiles sint. Contra maxillares lati ⁊ quod ex pinguiore materia existūt

⁊ vt in attritum molendo ⁊ subigendo sufficiant. Tonitruu3 quoq3 duplici causa fit: ⁊ ꝙ ignis restinctus necessario stridet per sonatq3: ⁊ cōminationis terriculamētiq3 gratia: vt sontibus: qui in tartaro sunt: formidinem afferat: quemadmodū Pythagorici cōminiscuntur. ¶ Dehinc duplex cuiusq3 natura est: vna quę ad formam refertur: ⁊ hęc cum fine ipso eadem est. Forma oculi est videre: idem est finis ad quem iuncti sunt animalibus oculi. Aurium audire: idem est finis ad quem datę sunt aures. Alia quę ad materiaz: necessitatemq3. In institutione auscultatoria de natura quemadmodum materia eē necessitas videtur: disputatu3 nobis abunde est. Ea ex fictione subiectioneq3 non absolute necessitas dicitur: hoc modo. Si futuri sunt oculi: materiam tale3 adesse necesse est. Si dentes talem. Hęc igitur necessitas: in reb9 naturę omnibus habetur insita: quia materia quoq3 oībus addita est. Item actus impetusq3: qui ob materiam singulis corporibus insi debentur: eodem genere necessarii sunt: nec abiungi possunt ab his: quorum esse videntur actus: vt terra in medium locum mundi ad pares angulos fertur: quia grauis. Contra ignis in cęlestem locu3 rectis lineis subuolat: quia leuis. Nec igitur pręter naturā extranea: neq3 violenter coniuncta rebus necessitas est: s3 suopte quibusq3 nutu ingenioq3: ⁊ vt ita loquar: sponte naturę. Uidetur enim de substantia ipsa: ⁊ naturali quoiusq3 temperatura euenire. Uiolenta vero pręter naturā: pręterq3 nutu3 extrinsecus afferuntur. ¶ Molitur aūt natura quicquid molitur. fere dixerim aliquoius gratia. Molitur inq3: quia gratia finis molitur: qui aut bonus sit: aut bonus esse videatur. A fortuna temere omnia nihil prouenit aliquoius gratia: etiam si in rebus illis consistat: quę aliquoius gratia inirę institutęq3 fuerint. Tūc enim quid cōmissum fortuito dicitur: quoties aliter atq3 cogitatum est cecidit. Putearius fodiens offendit aurū: sed non propterea fodiebat vt aurum offenderet: sed vt ęstuarium faceret. Processit alius ad balneas: debitorē inuenit: recępit argentum: non tamen egressus est vt pecuniam referret. Pleraq3 etiam ex his: quę per artem ⁊ intelligentiam fierent: casu interim fortunaq3 prodeunt. Restitutus quis valitudini est: potu frigidę: quā tū non ad valitudinem: sed voluptatis gratia sumpserit. Eode3 modo casu defensa nauis a naufragio est: ꝙ eam tempestas aliquo stationi tutę applicuit. Domus certe aut lectica effingi casu non potest. S3 ne omnes quoq3 artes fortunę ęque participant. Alię parcius: alię amplius. plurimu3 vero quę coniectura ꝯtinētur: ⁊ sunt opinabiles. Atq3 hę plura fortasse sunt: q̄3 presens cōsideratio postulabat.

Duplex cuiusq3 nā est: vna q̄ ad formā refertur: alia q̄ ad materiā idez 2° phy. lib. capi. vltimo.

¶ Queadmodum effectus coęat cum causa demonstrētur. Cap. XV.

Semper autē cā eaq3 forma ⁊ essentię rō est: quā magna ex parte pro medio accipi in syllo. diximus: cōquę rebus est: quarū est forma: seu illę iā sint: seu gignant futurę sint: his q̄ iā sūt hęret idiuidua. In his q̄ gignant: gignit: cū his q̄ exoleuerūt exoleuit: in his q̄ futura sūt: futura ēt ipsa est. Quāobrē defecit luna pridie: q3 terra iter solē ⁊ lunā extitit media. Quāobrē deficiet postridie: q3 extiter media. Quāobrē deficit mō: q3 existit media. Igit in his causę cū effect9 suis inuicē rńdēt: ⁊ q̄si pedē pariter ponūt: vt ⁊ reciprocēt.

¶ Queadmodū effect9 nō coęat cāz ōmōstrēt. C. XVI.

In his vero: quę simul non habent: sed causę temporib9 pręeunt: quales parte plurima sunt agentes: vt Sardas aggressi bello: quod contra Medos

dos susceptus est: causam dederet raptores Helenę: vt Ilium euerteretur: in his inquam: nec responsus ille: nec regressus seruatur: neq3 eadem necessitas demōstrationis descendentibus atq3 ascendentibus perpetua est: sed si cęptum a causa sit: conclusioni necessitas non affertur: si ab euentis affertur. Domus est: oportet igitur haberi parietes. Parietes sunt: oportet igitur fundamenta esse iacta. Agamus retro fundamenta: sunt igitur et parietes. Parietes sunt: igitur et domus: non sequitur.

Quemadmodum cum hoc post hoc oritur: continuatio hęc accipienda sit. Cap. XVII.

Sed hoc mirum cuipiam ilico sit. Nā si quod factum prius est: causa eius nō dicitur: quod posterius factū est: quomodo id continuandę generationis causa fuerit: idest ne successiuus rerū ortus interpolari vnq3 habeat. An tempus propterea quod continenti serie est: videri facit res: quę modo fiant: contineri cum factis? Nam omnis generatio in tempore absoluitur. esse quicq3 generatum et factum: generationis consūmatio finisq3 est: vt punctus lineę. Ergo quemadmodum linea inter puncta dirimitur: neq3 pręterea cū parte quę consequitur: continua est: ita si factum quicq3 esse et generatum notaueris: necesse erit generatio insequens attineri non possit cum priore. Nam generatum eē aliquid in confinio temporis: et momento contingit. Tempus ex momētis non constat: neq3 generatio ex his: quę quod (cū pręfatione dixerim venię) sub hoc nomine: generatum esse: intelliguntur. Sed hęc ab instituto nostro aliena sunt: diligentiusq3 de his in libris de motu egim⁹.

6° phy. lib.

Illud manifestum est in his: quę plerūq3 eueniunt: ab effectis ad causas: et a posterioribus ad priora necessarium recursum videri. Si enim generatio esset continua: inter effectum et causam: siue inter posterius et prius: media cā interueniret. Nunc quo acceptio terminorum continua nō est: ad imediata procumbit et cessat. Si domus sit: et parietes. Si parietes: fundamenta. Si fundamenta: cemētum et lapides. Inter hos terminos nihil intercidit.

Quando demonstrationes reciprocę: circularesq3: singularesq3 locum habeant. Cap. XVIII.

Verum quom aliqua huiusmodi habeantur: quę se circuitu quodā inuicem generent: in his et demonstratio obambulatoria locum habebit: quoniam hęc in totum reciprocant: sibiq3 modo causę: modo effecta vicibus sunt: ita in argumentando robur et felicitas par: siue ab initio: siue a sūma auspicium capias. Terra imbri madida halat vapores: hos vi caloris efferri necesse est. Ex his nubem cogi oportet: hac coacta imbri fusi cataq3 denuo madescit terra. Hoc aūt est id a quo sumptum exordium est. Res ergo in orbem deducit. Uno aliquo posito aliud oritur: quo orto subinde aliud nascitur: quo nato: iterum ad originem resilitur.

Effecta quę maiore ex parte eueniūt: probari per media eiusdem generis. Cap. XIX.

Sane habitus hic maxime cernit in his: quę perpetuo ac necessario generantur. In quibus eni necessari⁹ est circularis motus: in his et demonstratio circularis necessaria est: in his vero: quę fere: ac propēsius euadunt: directa ratiocinatio est. Nec ab vtralibet parte initur: vt dictum est: sed a consequētibus tm̄. Atq3 in his media quoq3 ipsa ex eodem genere ꝯiuga et quasi popularia adhibere oportet: idest quę plerumū fieri soleant: et possibilia nō necessaria sint.

Quēadmodum finitio indiuiduę speciei inuestiganda sit. Cap. XX.

Sed redeundum vnde abscessimus. Quum definitio demonstratione ꝯfirmari nō possit: per demonstrationem reddi euidēs possit: inuenienda nobis aliqua ratio est: qua venari eam vestigareq3 facile sit. Ex his quę in eo: quod rei esse est: ad sunt cōmunia: quędam extenduntur vltra genus naturę eius: quę sumitur finienda: quędam citra consistunt. Inest ternario aliquid esse. Est eni numerus. Inest imparitas: sed ipsum esse supra est: quam numerus et quam natura ternarij. Nam et alię res dicunt esse: quę numeri nō sunt. Imparitas citra est: quia tm̄ ad naturam numeri pertinet. Adest quinario: adest septēnario: adest nonario: et cęteris eius formę: quibus omnibus numerus inest cōmunis. Reponere igitur ac resiligere prędicata tot oportet: quot iuncta non excedant id quod finire volumus: etsi seorsum singula in plus valeant. Inest ternario numerus: inest imparitas: inest vt primus imparium sit: atq3 hoc bifariam: et quo cum numerus alius non metitur: et quo in numeros alios referri aut resolui non potest. Hęc igit definitio ternarij est. Numerus impar primus incōpositusq3 dupliciter. Harum conditionum prior omni numero impari promiscua est. Posterior binario. Propria vtraq3 nulli extra quam ternario. Quā vero hic sit finis ternario liquebit: si constitutum sit definitionem inesse rei: quoius est necessario: et soli: quorum vtrūq3 certissimū est. Necessario: quia quęcūq3 in definitione sunt: in substantia prędicantur. quę in substantia prędicantur: vniuersalia et necessaria sint necesse est. Soli: nam da non soli: erit ergo genus: et inerit pluribus. Sed cedo quib⁹ definitio inerit ternarij: quę non sint ternarij? Ergo huiusmodi oratio definitio est: et quod est eē rei significat. Eodem collectu definitio hominis sarcitur: animal rationale mortale: vel animal bipes incessile. Atq3 hic modus finiendis indiuiduis speciebus custodiri debet.

Quēadmodū definitio generis inuestigāda sit. Ca. XXI.

Generibus autem his: quę in species alias soluuntur: spargūturq3: definiendis: via hęc seruabitur. Primum sumēdę sunt omnes eius generis species indiuiduęq3: vt numeri ternarius: binari⁹ cęterę formę. Fingamus enim has esse vltimas species numeri: vel quauis alia. Item omnis species lineę quę sint recta circūiens linea. Omnes species anguli quę sint acutus retusus directus. Deinde harum specierum definitiones promendę: vt paulo ante pręcepimus. Tum sumenda legendaq3 omnia: quę sint speciebus his quę definiuntur: cōmunia. Quid est linea recta? Lōgitudo citra latitudinem: quoius puncta media non ꝓminent ab extremis. Quid est linea circūducta? Longitudo citra latitudinem: ad quoius sūmum lineę oēs a centro ductę sunt pares. Quid est linea obliqua? Lōgitudo citra latitudinem flexuosa. In omnibus itaq3 finitionibus linearum: longitudo citra latitudinem vt quiddam cōmune ponitur. Hoc reponendum: deinde redeundum ad lineam: et in quo ex decem principijs sit: quęrendum: et quoniam in quantitatis genere est. Hoc sumendum: et cum illo cōmuni: quod in definitionibus omnium specierum cōperimus: iungendum: ita definitio lineę tota hęc fuerit. Linea est quantitas citra latitudinem longa. Nam * genus summum cum his quę omnibus speciebus cōmuniter insunt: definitionem generis citerioris constituit. Ea eni cōmunia sumenda: quę supra nō sint: quam genus quod de-

* Hic sūt aliquāculū greca: quę diuerso a latina interpretatiōe: sic eni ait Themist. ἔστι γὰρ διὰ τοῦ γένους ὅσα κοινά ἐστιν ἐν τοῖς ὁρισμοῖς τῶν ὑπ' αὐτὸ ἀτόμων ἰδῶν, hęc: per genus eni sunt cōia: quę in definitiōib⁹ idiuiduaꝝ specieꝝ sunt gñi supposita.

a Hec recte sūt intelligen-do. nā si pin-gui minerua ꝑcurrantur: maxias affer-rēt āgustias: si enī q̄ gene-ri īsūt ꝑ spēs īsūt vniuersa ea rūt: q̄ de vllis de eo q̄ ꝑ se dr̄ in p° lib. sūt ex-posita: imo h̄ vident peni-tus aduersari ꝑ his illis grę-cis: q̄ nup an notauimus.

finitur: & quia supra non sunt: soli generi proprium quid-dam efficiunt. nam genus ex speciebus suis constaret quemadmodum genera per suas species sunt: [a] ita quę generi insunt: per species inesse putandum est. ¶ Prin-cipia ergo definiendi finitiones specierum simplicium sunt. Simplices audio indiuiduas. Id enim quod sim-plex est: vbiqz rationem principij obtinet. Et hic defini-tionis generū modus: quoties in definitionibus specie-rum aliquid continetur cõmune. Quoties vero nihil con-tinetur cõmune: tum scire oportet species illas sub vno genere cõprehendi non posse. Causa exempli. Quid est altitudo animi: Primū sumo virtutis eius sensilia: hoc est: omnes qui magno animo memorantur fuisse / Alci-biadem / Aiacem / Achillem: omnibus his cõmune illud aderat: iniuriam acceptam impune abire non pati. Sed hic bellando vlciscebatur: ille obirascendo: alius sibi ipsi manum afferendo. Credantur & Diogenes & Socrates magnanimi fuisse. Nūquid & hos in eos magnanimo di-xeris: in quo Achillem: Aiacem: Alcibiadem: Quod iniu-rię impotētes essent: nequaq̄: sed in eo q̄ res quę in for-tuna essent positę: aspernarentur insuper haberētqz. Er-go diuersa in his: & in illis virtutis huius ratio est. Illi p-pterea magnanimi appellantur: q̄ notam honoris mo-dice non tulerunt: hi propterea: q̄ bonę fortunę despica-ta cõtēptaqz habuerunt. Nihil in his visitatur cõmune. Non est igitur magnanimitas genus: sed duę virtutes sunt omnino abiunctę: ac dissimiles: sed q̄ societate sola nomi-nis vt cetera omonyma conuenire videantur.

¶ Facilius species q̄ genera definiri. Cap. XXII.

Ex his deinceps: longe facilius speciē in-diuiduam finiri: q̄ genus. Ea. n. quę singularibus insunt: cõmunia magis q̄ quę speciebus perspicua sunt. Definitio spe-ciei ex singularib[us]. Definitio generis ex spe-ciebus colligitur: sane. Pręterea euidētior speciei q̄ ge-neris agnominatio omonymaqz est. Proinde species di-citur sensilium esse. Sensilia facile dignoscimus: omony-mę sunt: necne: vt hominem pictum a vero. Agnomina-tio generum: non nisi per collationem ad species discer-nitur: ideo animal pictum omonymos animal vocatur: quia hō pictus omonymos homo intelligitur.

¶ Quēadmodū diuisio vtilis finiētib[us] sit. Cap. XXIII.

Si hec vera sunt: expedit[us] videtur finibus quęrēdis a spe-ciebus incipere sursūqz colligendo: q̄ a ge-neribus descendere diuidendo. Diuisio cer-te per differentias generū cõmodissima est ad sumendum: quę per se: & vniuersaliter prędicant: quo-niam ordine quodam incedit quasi gradatim: incernen-do & seligendo quę per se adsint. Semper enim differēs generi diuiso additum: genus integrum conficit. Iterū genus hoc diducendū per differētias alias est: idqz vsqz eo persequi oportet: dum finitio e duabus rebus perfe-cta genere & differentia citima coalescat. Dixi genere: q̄a omnes ante citimam differentię si cum genere comitan-tur: integrum genus vnum attollunt. Quodquidem etiā si innominatum esset: tamē vis in eo generis appareret. Nam & valeret in plura: & in eo quod rei esse est prędi-caretur. ¶ Modus hic myrifice ad ordinē cõfert. Nec pręterit quicq̄ eorum quę in substantia continent. Nā semper necesse differētias maiores priore sitū dispone-re: neu quę vellicatim incondite aut prępostere addan-tur. Ac si forma hęc in diuisionib[us] neglecta erit: sępe fiet: vt genus non in differentias generis: sed in alias distra-hatur: vt qui animal in totipēne & scissipenne diuideret: is non animalis sed volatilis differentias afferret. Ille ani-malis differentię sunt: volatile: gressile: aquatile. Prima igitur in hęc cõmittenda diuisio est: deinde animal vola-tile: genus alterum in totipēnę & scissipēnę soluendū. Ac primę quidem differentię in quodqz genus conueniunt. Animalis differentię in quodqz animal cadunt. Volati-lis differentię in totum auitium. Piscis differentię in oē piscitium. Hac via eunti & ordinem hunc seruanti: nihil pręteritmittitur: nihil redundat: si aggrediaris aliter: necesse est collabare: & inscienter facias.

¶ Contra Speusippum: qui putabat scire oportere oīa eum qui recte finiret. Cap. XXIIII.

Visum autem Speusippo ē: vtiqz non recte: eū q̄ definiturus sit: scire omnia oportere. Neces-sarium inquit est: omnes rei differentias te-neri: per quas genus id quod definire velis: a cęteris differat. Hoc nemo assequi pōt: qui cętera non cognoscat. ¶ Primum id non est necesse omnes diffe-rentias sciri: propterea q̄ infinitę ab accidentibus trahi possunt: quibus res eadem specie cõprehensę inuicem di-scernuntur. Socrates a Platone: Zethus a Callia. Quo circa nihil attinet scire has: neqz ad substantiam rerum indicandam: neqz ad finitionem earum constituendam. Deinde qui genus in differentias propinquas & contra-rias diducit: vt animal in rationale & irrationale: & pręte-rea cognoscit hominē in altero membro diuisionis re-poni: & sumit rationale: non ilico necesse est eum scire: q̄-cunqz sub irrationale: quod alterum membrū distribu-tionis est cadunt. Nam abundanter scitur: hominem eē animal rationale: si intelligitur: sub altero discrimine cō-tineri non posse. Rursum animal rationale: aliud mor-tale: aliud imortale. Sumatur mortale: nihil necesse pte-rea est: vt quę imortalia dicantur: q̄rere laboremus. Er-go [b] hęc oratio speciei: quę comitatu differentiarum oīum sępta exaggerataqz est: definitio substantię appellatur. ¶ Illud adeo non potest dici: quom speciem differem[us] sub altera obuersarum necessario cõprehendi: sumptum id esse vtiqz non confessum. Nihil enim ęque perspicuum est: q̄ si differentię generis proximę iunctęqz afferant. Et q̄ ita iustū ex altera pte adhibitę videntesqz sint: vt ni-hil medio spacio hiet: spēm in altera earū includi.

b ὅταν δ' οὕτω δια-διζων ἐ-φαρμόσει τὸν λόγον τῷ εἴδει καὶ μηκέτι προσδέχεται δια-φορᾶς, ἕξει τὸν λόγον τῆς οὐσίας i. quo vo hoc mō procedens: orōnem spēi ita accōmo-dauerit: vt nō sit vlteri[us] op[us] dr̄a: definiti-onē substē erit adeptus.

¶ Tria pręcepta diuisionum. Cap. XXV.

Plane in diuisionibus quę ad finitio-num momenta pertinēt: tri-plex obseruatio necessaria est. Primum su-menda sunt: quę q̄cunqz de re: quā finimus dicūtur prędicatione quid sit: vt genera: cū quib[us] drīę eorū sciscēdę. Idqz ex topicis petēdū. Nam quēadmodum loci sunt: quibus accidēs genus: sit nec ne: di-scernitur: ita sunt: quibus gn̄a & drīę substales noscunt. Alterū pręceptum est vt differētię collocent & digerant in seriem. Hoc fiet: si maiores quasqz loco priore cõstituas. Tertiū est: vt diuisio vsqz eo eundo deorsū perueniat ad vltimā spe-ciem: q̄ vltra cōcidi nō possit: & dū ppriū quiddā ex oīb[us] exeat: qd in aliā rem nequeat trāsferri. Orationē his reb[us] ac pręsidijs ornatam expromittere poterimus absolutā esse finitionem: vt quę in eo quod rei esse est: prędicetur: & cum eo quod finiendum sit quadret.

¶ Solum vniuersalia definiri. Cap. XXVI.

Semper autem definitio vniuersalium est: quemadmodum omnis & disciplina & ars. Mediens valentia spectat nō huius oculi: sed simpliciter speciei: & sim-pliciter oculi. ¶ Sicut vero in demonstratio-

nibus

nibus primum id curari debet: vt conclusio seris sit: ita in definitionibus: vt res que definitur: fiat ꝯspectissima. Obscuritatis multe sunt cause. Precipua ea que in assignatione differentiaruꝫ potest contingere. Quapropter querendis bis caute ⁊ sollicite versari oportet: quia communes pluribus sunt. Definitio quemadmodum ꝑ demonstrationem euidens fieret: ⁊ quemadmodum vestigari haberet: exequti affatim sumus.

Ex ratione diuisionum: ⁊ commentatione dissectionū: vberem copiam dissoluendis questionibus comparari. Cap. XXVII.

Et vo facile sit causam ꝙobrem queqꝫ est reddere: ⁊ querentibus de nobis quicꝙ: abundanter occurrere: ⁊ ratio diuidendi ⁊ dissectionuꝫ cōmentatio in promptu habenda: quā nobis primus Aristoteles perscripsit. Si enim que proprie singulis generibꝰ sunt dissectiones nossemus: suppeditaretur nobis ad sciendū quod queqꝫ res sit: mirabilis copia. Nam ea que generibus omnibus insunt cōmunia: per ea que sigillatim habentur: exquirere est. Verbi gratia. in animali animatuꝫ ⁊ sensibile per distributiones sciuntur. Quom enim substantiam per animantem ⁊ inanimantem diuiseris: tum comperies animal in substantiam animantē referri. Denuo quom substantiam animanteꝫ in sensibilem ⁊ insensibilem solueris: tum intelliges animal in substantiā sensibilē reponi. Hec per diuisiones noscūtur. Per anatomē vo. i. membrorum consectionem intellectuꝫ est: hoc animal ex humidis ⁊ siccis constare. Eadeꝫ ratio ad singulas species accōmodata magno vsui erit. Proinde et piscem proscindere: ⁊ auem exdorsare vtile fuerit hisqꝫ cōmunia piscibus ⁊ auibus volunt excipere. Quobreꝫ q̄dam cōmunia ex diuisione summi generis: quedā ex dissectione ista sumentur: qui hec ad manum habuerit: causas plurimaꝝ rerum cognoscere ⁊ reddere poterit. Oia namqꝫ: que in genere vniuerso insunt: per ipsum genus in species quoqꝫ transeunt. Quobrem scissipēne aial gallinaceus est: qa volucris. Quāobrem caret pulmone glanis: qa piscis. Qz si genus non habet nomen: tamē affecti aliqua deꝑhendi potest: que compluribus ex natura sit cōmunis: vt cornigerum esse: ⁊ ex hac que sequuntur adiunctaqꝫ sunt spectanda. Primum est omasum habere. Est autem omasum boum ⁊ ruminantium venter: alterum est primoribus maxille superioribus dentibꝰ carere. Hec ex anatome colliguntur. Rursum quibus contingit cornuta esse: ceruis: bubus: capris: his illa inesse necesse est: q̄ ex hoc ꝙ cornua habentur: sequi solent. Illud ergo fuerit mediū. Si queraꝉ ꝙobreꝫ bos omasum hꝫ: quia cornigerū aial est: ꝙobrē ceruo vita lōga: qa vacat felle. Sed ⁊ hoc mediū ex dissectione sumptū est: qd vo ex medio consequiꝉ accidit medio. Accidit ⁊ his quoruꝫ cōmunis affectio est. Mediū igitur modo per cōsectionem: modo per diuisionem accipitur. Sunt ⁊ que ꝓportione sola cōmunia sint: vt spina: os sepiū. Est autem sepium quidā instaꝝ sepie validiusculum: latiusculūqꝫ: fungosum ac friabile: inter spinaꝫ ⁊ os: naturam mediaꝫ referens. Hec seligere oportet: vt questionibus in h gn̄e propositis respondere in promptu cuiqꝫ sit.

Cause plurimaꝝ rerum reddere poterit/q rōnē diuidēdi/⁊ anatomen ad manꝰ habuerit.

Que sint eedem questiones. Cap. XXVIII.

Questiones autem eedem dicuntur: que idem medium cōtinent: ⁊ quibus eadem ratio satisfacit. Quamobrem lapis magnes trahit: ꝙobrē electrū: q̄ nāobrem cucurbicula medicinalis: horuꝫ omniū (vt Platoni placet) causa est: reciprocatio: sic eni antiperistasim voco. Idem medium vel specie intelligi volo: vel genere. Specie idem in exemplo superiore est. Nam tria illa mira reciprocationi aeris tribuunt. Genere hoc modo. Quāobrem echo redditur: ꝙobrē aspicientes in speculum formam suaꝫ agnoscunt: Quāobrē arcus celestis sit: Omnia hec per refractionem ⁊ dissultationeꝫ contingunt. Aeris echo: obtutus repsentatio: radiorum arcus. Questiones igitur inter se eodem: quo ⁊ media: discrimine differrent. Ita alique specie: alique genere consentient.

Questiones quasdam sub quibusdam questionibꝰ cōtineri. Cap. XXIX.

Est ⁊ modus alius: quo inter se questiones multe conueniunt: vt cum causa vnius questionis ab alterius pendet: ⁊ continetur sub illa. Verbi gratia. ꝙobreꝫ Nilus torrentior ab idibus videtur: qa mensis quo modo exit hyemātior est. Atqꝫ hec vna est questio. Quāobrem hyemantior est mensis: quo modo exit: quia luna tum decrescit: ⁊ collucere desinit: he due questiōes dissoluūtur causa vna fere. i. coitu solis: sed interest: ꝙ coitus proxima ratio est: qd luna interlunis collucere desinat. Remota: qd mēsis vergens hyemantior sit. Remotissima: quod mense prono fluuius concitatis ⁊ properantibus aquis vehatur.

Demōstrationes ex reciprocis ꝯstare. Cap. XXX.

Ab hec ambigat quispiam de causa: et eo quoius est causa. Causaꝫ ipsum medium voco. Id quoius est causa cōclusionem. Quemadmoduꝫ medio allato ponitur conclusio. Ecquid in contrariū cōmeet conclusione posita: vt mediuꝫ afferatur: periculosum id videri: ne omnis demonstratio redux ⁊ reciproca euadat. Deficit luna: quia interponitur terra. Interponiꝉ terra: quia deficit luna. Sed quemadmodum subabsurda res est: demonstrationem constituere ex retortis: atqꝫ his que inuicem probentur. Ita demonstratio putanda non est: que nullo modo aut ex causa: aut ex aliq̄: quod cogitatione prius sit: ducatur. Nam lunam deficere non est causa qd terra se mediam oggerat: sed pōt esse conclusionis: vtriqꝫ rei non potest. Atqꝫ hoc latissime patet: quandoqdem defectus lune in definitione terre: aut interpositionis illius non ponitur. Contra in definitionē defectus: terra ⁊ interpositio eius ingreditur. Qz si nō reciprocarentur: sed conclusio semper effectibus mandaretur: medium causis: necesse esset plura media: ⁊ plures causas haberi eiusdem conclusionis: qd fieri non potest. Porro tam effecta ꝙ cause in demonstrationibus viceꝫ vniuersalium causarumqꝫ obtinent: ⁊ tum hec: tum illa in subiecto genere continētur. Quāobrem decidua arboribus folia sunt: siue causam afferas: amplitudinem foliorum: siue inopiam humoris calidi: vterqꝫ ordo stabit. Que defrondescunt earūdem folia exilitate caloris humidi contrahi: ⁊ quarum folia contrahuntur: easdē frondes dimittere. Nullum autem incōmodum suscipitur: si causa talis cum sua conclusione retorqueri dicatur. Nec enim eadeꝫ ratio vtrinqꝫ reciprocandi est: sed quom ab euentis ad causam subitur: syllogismus tn̄ vocaꝉ: quom econtrario est: absoluta demonstratio dicitur. Sane media plura: ⁊ cause plures eiusdem rei esse: nisi per accidens non possunt. In quo genere demonstratio a signis ⁊ ex accidenti proficiscitur. Quāobrem folia decidūt arboribus: quia contrahūtur ⁊ obarescunt. Unde ortū incendium est: Ex reliquijs cinerum aut carbonum. Sed dictum sepe est: demonstrationes hac forma deminutas

imperfectasq; esse: atq; in his media non causas rei: sed conclusionis intelligi. Explodenda igitur ab institutione nostra hec sunt: sed precipue que per accidens constant: ut ex quibus interrogationes scite afformari nõ possint. Nemo enim querit quobrez arbusto nigra: aut vitis pallia: aut suffulta platanus folia deperdãt. Sed simpliciter quobrem arbores nudentur. Huius rei una est omnibus arboribus causa: & merito. Causa enim quod folia amittant: definitio est: & essentia illius casus: que nihil aliud est: q̃ contractio humidi. Quemadmodum causa defect⁹ lune: nihil aliud est: q̃ interuentus terre.

Ex his ostendit hic medium in demonstratione esse passionis definitiones.

¶ Mediũ seq̃ õditionẽ maioris extremitat. Ca. XXXI

IN demõstrationib⁹ ex his terminis: qui in conclusione collocãtur: maior extremitas dicitur: cuius causa medium est: minor extremitas: cui medium causa est: medium: ipsa iam causa. Ratio igitur maioris extremitatis: que in conclusione ponitur: medium est: quo circa maiori extremitati respondere medium oportet: ut si omonyma: idest cognominis hec sit: omonymum: & medium sumatur: si ad proportionem similis: idest analoga: eodem modo & medium ad ꝓportionez simile afferatur.

¶ Quẽadmodũ reciprocẽt subz & affectio. Ca. XXXII.

DE reciprocatione antẽ cause & eius cuius est causa: & ei⁹ cui est causa: ita res habz. Uoco id cui est causa subiectum: arborem: vitem: ficuz. Id cuius est causa: affectiõez: defrondescere. causam: humorem contrahi: aut quiduis aliud. Dictum est supra causam: & id cuius est causa inuicem cõmutari: si eiusmodi sint: ut definitio causa sit: id qd̃ definitur effectum. ¶ Nunc quemadmodũ reciprocet cum subiecto: breuiter explicandũ videtur. Si ex genere subiecto singulare aliquod & sensile adhibueris: locum reciprocatio non habebit: ut si quesieris quobrez ficus: aut morus folia dimittant. Nã dimittere folia: & humorem inopia caloris consistere: affectiões sunt ampli⁹ fusq̃ q̃ ut cõmeare possint cum ficu: aut vite. Sin vero arbores in cõmune attuleris: quibus folia deciduntũ reciprocatio & coequatio seria: & incolumis fuerit. Oportet igitur id sciri: quod omnibus arboribus: que amittunt folia: inest cõmuniter: ut ex eo id sumamus: quod subiectũ huius affectionis sit: de quo nectenda sit questio: quobrẽ. Huic enim primo causa inerit: medium: & quod plus est: inuicem cõmeabunt. Obseruatum est non cadere arboribus folia: nisi quibus illa sint lata: cum hoc & cã ipsa et id cuius causa est reciprocat.

¶ Eiusdem effecti plura esse media: sed non prima omnia. Cap. XXXIII.

SUnt autem in questionib⁹ his termini quatuor: decidere folia: succum concrescere: latifolium esse ficus. Duo sunt extremi: duo sũt mediũ: sz vn⁹ subiecto propior & subiecto cõmunior: alter predicato affinior: cũ quo & reciprocat. In his igit quorum media plura sunt: verum eorum causaz dixeris: qd̃ de subiecto predicetur affectio minimũz id quod iũctius subiecto est: quia per hoc inest & remotius. Uerbi grã. si cum esse latifolium: potius causa est quod ei folia decidant: quoniam per hãc habetur alia causa in ficu: que est succum consistere: inarescereq;. ¶ Dicat aliquis clarissime videri plura esse in quibusdam eiusdem rei media. Nam in cõmune causa deliquij: & interuentus lune in sole: & interuẽtus terre in luna. Certe plures finitiões eiusdem rei afferri non possunt: nominis possunt.

¶ De habitu principiorum: & quemadmodum cognitio vniuersalium in homine pariatur. Cap. XXXIIII.

DE demõstratione dictum est vt constet: dictum etiã de scientia demonstrãdi: cuius opus demonstratio est. Nunc de principijs eius: quemadmodum cognitio eoꝝ ingeneretur in nobis: & qui habitus sit: quo illa inoscantur disseremus. Sed anteq̃ descendimus: purganda q̃daz: & amolienda: que videntur obstare. Necesse est p̃mo principia aut cognosci a nobis dicere: aut non cognosci. Si cognoscimus: aut demõstratione: aut alia via cognoscim⁹. Item aut scientia: aut virtute omnino aliqua: pleraq; n. sciri per demonstrationem non possunt: que nihilomin⁹ sciantur vt finitiones. ¶ Sciri certe principia demonstrationis: necesse est eum qui scire vult: que de p̃ncipijs oriuntur: idq; supra & probauimus. Nec illud pretermisimus principia demonstrandi: demonstratione ostendi non posse. ¶ Uideamus nunc: ecquid horum: que p̃ma immediataq; sunt: scientia saltez aliqua: aut potentia sit. Sz a questione illo initium capiamus: principia hec iam inde ab ortu nostro insignita impressaq; animo sint quidez: sed lateant. An vero tum demum quom adulti iaz sumus percipi a nobis: cognosciq; soleant. & hercules insita illa in nobis aliquando esse: nec intelligi: non potest defendi: quia quemadmodum demonstrationem tenere nemo potest: si tenere se ignoret: ita nec scire principia qui scire se nesciat: tanto presertim exquisitiore horum notitia q̃ demonstrationis. ¶ Altera adeo pars: que vult principiorum notitiam: progredientibus & confirmatis etatibus ali. Dissentanea a nobis est: qui statuimus omnem doctrinam disciplinamq;: ex presumptis quibusdam et ante perceptis existere. Nihil enim principio superius priusue est. ¶ Hec sunt que controuersiam pariunt: nec dissolui possunt nisi vis anime aliqua inueniatur: que prima inter ceteras cognoscat. Et a qua principiorum intelligentia originem habeat. Ac videmus quidem hec omnibus animalibus data: quippe quibus innexa sit discernendi quedam: iudicandiq; ratio. Sed q̃uis omne animal instructum sensibus sit: non tamen iudicio eque valet om. Sunt enim ex his alia: que abiuncto sensili spectrũ eius diutius seruant: alia que non seruant. Eorum que nõ seruant: quedam omnino non seruant: vt musce: vermiculi: culices: quedam exilites: vt brutorum & auiculorum: nõnulle: que cantibus: quos audiunt: insuescunt. Eo in quorum animis res sensibus percepte non mansitant: nihil sine sensu cognoscunt. At quibus digresso sensili imago eius insculpitur: vt si Socrate abeunte formaz eius detineant animo: potest his alia cognitio: q̃ que per sensuz accipitur: cõtingere: atq; hec in animalibus imperfectis memoria dicitur: cuius id officium modo est: vt simulachruz rei eius: que accepta sensibus est: in thesauro suo diu custodiat. Quedam preter hoc & connectere: que in memoria condiderint: possunt & similia similibus ꝯferre. Quod genus rationalia perfectaq; sunt. ¶ De sensu itaq; proficiscitur memoria: vt dictum est: de memoria oritur peritia & experientia: vtiq; si de aliqua re sepius agitatum cogitatumq; sit. Nam memorie vt ita loquar multe vna exit experientia. Hoc enim quod sel discutit: primum sensu percipio: veratrum esse: deinde & recordor: iterum sentio: & iterum vsum eius agnosco: & iterum memini. Simul hoc periculum sepius fecero: tum ex pluribus sensionibus memoria vna coalescit: & ex memorijs multis perida hec consurgit: vt sciam veratrum bilẽ trahere.

Cap. 6. li. p⁹

Quã sensum appellam⁹ ut ipse deinde sequitur: sz q̃uis &c. q̃ verba sũt forsitã i curia librariorum omissa.

bere. Hęc peritia in dies accrescit: sensu: experimẽtis: & memoria: confirmatur. Tandem enuntiatum vle reponit: idq; in anima obmanet: tale omne veratrum purgat.

¶ Uniuersale a sensu ortum habere: & ab intellectu formari. Cap. XXXV.

> Sic ait ipse grece καὶ ὅτι τὸ καθόλου τὸ ὅμοιον καὶ ταυτὸν ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον, καὶ τὸ ἐν τοῖς πολλοῖς, h. est. vle aūt est id qd sile atq; idẽ in singularib⁹ & multis est.

> a Grece aliter Theologtur: sic. n. ait artis: si circa ea sit: q̃ ab ipso sint: sciẽtiã circa ea q̃ a natura.

Uniuersale autem notio est quędam in singularibus reperta & ad plures differentias pertinens. Hęc initium artis & scientię omnis est a artis: si circa ea sitq; quę oriuntur & occidunt. scientię: si circa his contraria. Neq; igitur iam inde ab initio vitę principia sciuimus: alioquin perfecti absolutiq; nasceremur. Neq; item ab alia potentia priore pręstantioreue: oriuntur hęc. Alioquin confitendum haberemus: aliquid pręnosci ante principia: sed a sensu & memoria congregant. Nam quemadmodum inclinato exercitu fusoq;: si vnus aliquis resistere incipiat: sępe fit vt alius primum: deinde alius: atq; alius consistet. Demum globo facto: & fauore multorum addito animo: tota acies iterat pugnam: & redintegrat pręlium. Ita de simulachris dicendum: & reliquijs inhęrentibus earum rerum: quę sensu hauriuntur: primo vestigio secundum allinitur: secundo tertium nectitur: ab his alia confluunt: corrogãturq;: de quibus postremo vniuersalis quędam notio cohalescit. Hęc. n. animę acrimonia est: vt etiam si genera: quę accidũt sensib⁹ continenter laberent & fluerẽt: tñ similitudines eorum excipe & memoriã continere possit: & qd in singularibus cõe vniuersaleq; est: deprehẽdere notareq;. ¶ Nam & sensus h percipit. Quoties enim Socratem quis agnoscit: sensu: vna & hominem agnoscit in Socrate. Et qui hoc rubẽs: hoc candidum videt: simul & rubens & candidum videt: nec quisquam est qui Calliam & hominem: vt eandem omnino rem sentiat. Alioquin sicut nõ est nisi vnus Callias: ita videre non posse alium hominem nisi Calliam. Sed quom Socratem videt: videt in Socrate id quod in alijs quoq; hominibus simile cõmuneq; inest. Quare ad quendam modũ vniuersale sensu percipitur: non tamen seorsum a singulari: sed obiter subindeq;. Alia quippe vis est: qua sensu circa sua incidentia subiectaq; occupato: ipsa vnum ex multis rimatur: indifferens: ex differentib⁹: idem ex diuersis: promiscuum ex impromiscuis colligat: hominem: ex Aristone & Callia: animal: ex homine & leone: substantiam: ex animali & planta. Durat enim ascensus hic: vsq; eo: dũ multa in aliqd: qd vnũ oĩno simplexq; sit reducamus referamusq; & tanquã religemus.

¶ Quemadmodum vniuersale per inductionem accipi intelligendum sit. Cap. XXXVI.

Quãobrem modus q̃ vniuersale cõstituitur: cognoscimurq; inductio est. Inductionem accipio hac parte aggressionem illam rationemq;: per qua ex notitia particularium vtcunq; ad intelligentiam vniuersalis venitur. ¶ Huius rationis assumptiones ipsi erunt sensus. Nam sensus quoq; principia & causę sunt vt singularia noscitentur. Uniuersale mentis op⁹ est & ab ea effingitur. Huic enim proprium vnire & cogere est: atq; vt inquit Plato insinsibilia sinĩ obstringere. Diuidit illa componitq;: plurib⁹ modis conuariat: atq; cõmutat: omnino agilis & permobilis natura eius deprehẽditur. ¶ Porro inductionis huius in qua sensus vicem obtinet sumptorum: vniuersale conclusionis: non statim a sumptis cõclusio sequitur: nec paruo tempore absoluitur: sed inter sumpta & complexionem aliquanto vis indiget temporis. Nam sumpta ilico afformare incipit sensus: sed quom processit admodũ: ac diu exercitus est: tũ ea vis animi quę intellectus nominatur: conclusionem ipsam subiungit. In hoc autem opus est ętate longa & vsu multo: quia quod effusum sparsumq; est: nisi spatio temporis cogi: & in vnum conferri non potest.

¶ Principia in nobis non natura esse insita: sed creari ab intellectu. Cap. XXXVII.

Sed adeo paulatim sensimq; affluitur inductio hęc: vt cõtinuatione ipsa lateat: vnde orta perfectaq; sit. Quapropter contingit multos credere naturam homini notitias quasdam ingenuisse sine doctrina: nec intellectum esse: qui de se illas promeret excitaretq;: quod falsum est. ¶ Quam ob hęc sola vis animę sit: quę vniuersales & imediatas propositiones communiat: hinc docebimur. Habituum qui ad intelligentiã pertinent alij semper veri: alij non semper sunt. Non semper veri opinio & ratiocinatio: vtraq; enim earum rerũ est: quę aliter esse possunt ac sũt. Sed opinio fere spectatiui generis est: ratiocinatio administratiui. Ueri semper sunt: scientia & intellectus: & scientia principiorum nõ est. Nam scientia est notitia per demonstrationem quęsita: relinquitur intellectum esse cui principia debeantur. Nã principia exactius & exquisitius cognosci: q̃ quę a principijs sunt oportet. Solus intellectus exquisitior omni scientia est. Intellectus igitur hic: qui principia scientijs ministrat: quem primum natura indidit homini: & qui intellectus potentię dicitur simplicissim⁹ sit oportet. Hic certe animę oculus est. Hic initio vitę iudicio & ratione omni caret. Per hunc homo statim ab ortu suo rationale animal natura existit. Hic nobiscum ab ineunte ętate ad obeuntem senectam augetur: prouehiturq;. ¶ Primũ notiones simplices capit: quas terminos vocamus & incompositas voces: quę prima orationis tanquam elementa sunt. Nam hominem: terram: algidum: candidũ: statim a pueris efferre: & audita ab alijs in complexu itelligere possumus. Deinde quom paulum processimus: tum & progrediens confirmatur animus: & simplicia incipit nectere: & quid sit homo agnoscere. Adhuc proficiscente longius ętate: quasi adultior sit: vt iam & conflare vniuersalia & cõmentari a se possit. Nec cessat profectus: quousq; ad expletionem quandam & absolutionẽ naturę perueniat: & habitum intellectualem: per quem rationale animal sumus: attollat. ¶ Ac certe accidit simile quiddam animo: quod corpori: nam paruuli primo sic iacent: vt neq; flectere se: neq; igredi valeant. Deinde vt quadrupedes repant: tum erigant se: & incedant vt bipedes: nec indigẽt comite: qui manum det: adeo ob promouent hoc processu: vt iam & ad cursum vegeti: & ad omnes vsus corporis firmi robustiq; sint. Eodem modo animus primum nominare ubi res potest: & intelligere quę nominat. Tum componere & meditari. Postremo vniuersalia quędam iudicia & notiones scrutatur: quas protinus sibi elicuit: in se ipso deponit atq; consignat.

> Intellect⁹ potentię est cen animę ocul⁹.

¶ Intellectum esse habitum principiorum: quẽadmodũ scientia habitus est scitorum. Cap. XXXVIII.

Intellectus igitur principium sciẽtię est. Principio vtiq; principiorum notitia tribuenda subijciendaq; est. Quemadmodum scientię omnia: quę sciri per demonstrationem possunt: ita enim principium ad principium se habet: sicut scientia tota ad totum id: quod subiectum scientię est.

FINIS.

¶ Hermolai Barbari Patricii Veneti. Z. F. In paraphrasin Physices Themistii. Praefatio ad Anto. Galatheum.

Philoxenum Eryxidis ⁊ Gnathonem Siculum gulę proceres:imo dō extremos ac perditos gulones cupedinorumq;:infamant literę:ꝙ consuluisse adbibiti emungere se in pultarios solitii essent: vt abstinentibus ceteris:soli epulis ampliter fruerent. Idem mihi videntur peccare:q studia liberalium artium docere:aut scribere ingressi:vocabulis sordidis ⁊ ex intima plebei sermonis fece acceptis:fędant ⁊ contaminant oīa:vt bonis mentib⁹ ⁊ pręclaris ingeniis:aut auersis:aut perterrefactis:soli rerū potiantur: voluptenturq; citra ęmulum. Ita sit:vt q paulo modo humanius educati institutiq; sunt:nō reformident hęc adeo:sed fugiant:oderint:despuant. Cōtra rudissimus quisq; infantissimusq; admoliri manus his audeat. Quod non contingeret nisi ꝙ(vt in puerbio est) balbi balbos itelligunt. Ac sunt quidem nōnulli tam male affecti animatiq;:vt putent quę in philosophia,mathesi,iuris scientia,tractantur:latine dici aut explicari non posse:non tam propter egestatem linguę:⁊ rerum nouitatem (vt Lucretio videtur) q̄ ꝙ sentiūt humanas literas quasi negociū facessere:⁊ impedimēto esse maioribus doctrinis. In quo alii etiam importunius stolidiusq; affirmant:pugnantia esse hęc non alio genere:q̄ ea quę disparata ⁊ contraria animantibus dicūtur. Proinde vitio vertunt:si qui vtrunq; aut iunctim condiscat:aut ab eloquentię studiis se ad philosophiam conuertat. Hi sunt qui plausus modo in celebritatibus captant:qui per vrbes vehunt cōspicui:qui vnicos se Aristotelis lectores:narratoresq; ⁊ credūt ⁊ pręędicant. Durius fortasse verbum q̄ vt vel homo minime iurgiosus imodestusq; afferat: vel vt abesse ab eo inuidia possit. Sed fortis fortuna dicendū est:nihil ęque perniciosum in omni rep. est q̄ ista persuasio:nihil tota vita incōmodius:indignius:fędius:q̄ peruersio hęc ⁊ deprauatio studiorum. Addicerem hoc necessariis rebus ⁊ testibus:sed nolo esse longior in re non dubia. Illud non possum tacere:hoc qd vulgo creditur:philosophos non esse rebus gerendis aptos:nauosq;:non aliunde habuisse ortum:q̄ ꝙ ex his plurimi:dum se totos ponunt:in vna illa,cui addicti sunt arte:aspernantur ⁊ deserūt cęteras: eloquentiā abdicant.i.cultum ⁊ elegantiam vitę:historiam negligunt.i.magistram ⁊ ducem bene ac beate viuēdi: de qua ⁊ vsus rerum omnium prouenit:⁊ peritia tota reipublicę administrandę constituendęq; paritur. Hi cum legati ad externos mittuntur:cum prętores iuridicundo sedent:cum in senatu sententiam rogantur:mirum nō est: si aliquando pręsentibus risum excutiant:si fatua:si delira:si extrema deblaterant:si tota eorum non plus incōpta q̄ imprudens oratio est. Et Hercules nullum hominum genus visitur tam abhorrens a sensu cōmuni:tam distorto ⁊ corrupto iudicio:q̄ qui aut philosophiam:aut ius ciuile sine literis cultioribus adierunt. Sed mittamus (obsecro) hos:qui non verbis sed ferula cōmonendi essent. Nisi ꝙ senex est psitacus negligit ferulam. Prius tamen q̄ hinc decedo de genere hoc ita statuo. Quemadmodum Luscitiosi exquisitius cernunt vesperi q̄ interdiu:ita hi facilius pręposterera ⁊ confusa q̄ recta ⁊ explanata percipiunt:⁊ quemadmodū qui misere degunt (vt inquit Plato) dicunt humanum genus fęlix ac beatum esse non posse:ita qui diuersum a multis ingenium obtinent:negant habitare eas posse:in quibus ipsi artibus versentur. Cęterum hortor te mi Galatee vt adolescentibus istis vestris nouitios philosophos cum veteribus conferas:pensitetq; vt q̄tum intersit intelligant. Incumbe omni studio labore dexteritate prudentia vt opinionem illam:de qua superius dixi quę fere in hominum mentibus obdoruit:aut discutias aut mollias. Ita enim ⁊ illos priuatim ⁊ literatos omnes in cōmune promeritus fueris. Multum te in hoc iuuabit. Pontanus noster:cuius tanta est vel doctrina:vel auctoritas:vel vtrunq;: vt sperare sit:eum si vires intenderit:talem huic malo futurum:qualis aut Sphingi Oedipus: aut Hydrę Hercules fuit:ꝙ si quos nactus fueris egregie pertinaces (sunt enim ⁊ in volucrum ⁊ in terrestrium genere animalia:quę fętidis gaudent) ad hos tu ceu aui pręposterera ortos lustratos:⁊ intemperiis actos ac plane depositos deploratosq; ne manum quidē admoueas. Nunc restat vt de me ipso tibi aliqua dicam. Mirari te nolim si infinitos errores:quos isti partim imperitia linguę:partim Aristotelicę disciplinę inscitia pręlegunt ⁊ defendant in scholis:non coarguo. Nec enim hanc prouinciam suscępimus scribēdi res physicas: vt cum illis tanq̄ in palestra (vt dicitur) certaremus de laude ⁊ gloria:quippe quos vincere nullum negocium sit:sed vt vel nobis ipsis cōmentaremur hęc:si nullos habituri lectores essemus:vel siquibus idem qui nobis stomachus esset:his ad bonas literas aliquid operęculę adderemus. Nec.n. spiritus magis magnos in hoc q̄ vtiles (vt ille inquit) afferimus. Nec de nobis quicq̄ magnopere arduum pollicemur:sed quędam tamen inuenisse non negamus quę aggredientes ad hęc tantisper morari non inuenta poterint. Illud tempus est:in calce vti dicamus:nos tibi interpretationem in paraphrasin physices pro nostra veteri ac stabili necessitudine volentes dicasse. Alioquin dicaturam hanc stipulatus a nobis eras quom essemus istic: Oppigneratam tibi fidem reluimus:q̄q̄ prescriptione vti poteramus ⁊ fori ⁊ decenii. Sed beneficio harum legum renūciant philosophi:qbus in fraude ponit vel furioso abiurare gladium. Vale. Venetiis. M.CCCC.LXXX.

❡Themistij Physices Liber primus: Interprete Hermolao Barbaro.

Nō ē Themi. phemiū hoc q̄uis illi id Hermi. ascripserit. s3 Simplicij sicuti illi facile cognoscere poterūt q callent lras grecas.

Librorū Aristo. de auscultatiōe physica facile ē asseq intētionē: si prius eius ptis phię diuisio: q̄ de nā ē: ad memoriā reuocata: i mediū pferat: fortasse ꝟo opęp̄ciū facturi sim⁹: si vniuersa phię diuisiō: q̄ ab Aristo. ē istituta: a nobis h loco breuit exposita explicataq3 fuerit. ❡Est.n. vt corpis medicina: sic aię phia pfectio. Porro aię vna pars irrōnalis: altera rōnalis ē. Rursus ei⁹ ptis: q̄ rōnalis est: vna ē portio irrōnalitati obseruiēs: q̄ itelli's pticis vocaṫ. Altera portio ē sepata prius atq3 seiuncta: q̄ dr̄ itellectus agēs. ❡Preterea duplex toti' aię vis habeṫ: appetēdi vna: altera cognoscēdi. Plane id genus qđ pficit appetitū: qđ totū in irrōnalitate ⁊ itellectu affectib' irrōnalib' delegato positū ꝯstitutūq3 est: pipatetici actiuū administratiuūq3 ⁊ circa negociū actiōeśq3 ꝯsūmatū noiauere: finēq3 eius pticulę statuerūt: boni delectū atq3 ideptionē. Alterū ꝟo genus: qđ in cōspectione dūtaxat ⁊ estimatiōe reꝝ sola ꝯsistit: cuiusq3 finis est veritas: gnāli vocabulo spectatiuū ꝯtemplatiuūq3 appellari voluere. ❡Iterū genus hoc posterius secatur in spēs. Nam ea speculatio: quę circa res a mā nō sepatas versatur: quęq3 auxilio sensus ⁊ visionū ope ipm potestatis intellectū pficit: nālis scia nūcupaṫ: ea rōne: q2 ⁊ circa eas res ⁊ in his ꝯsistere nā videaṫ. Eam aūt ꝯtemplationē: q̄ circa res mā oino carētes ⁊ purissimā itellectus agētis actionē: nec nō circa illū actum itellectus potestatis versatur: q vna cū itellectu agente ꝯficiṫ: diuinarū reꝝ scientiam: ⁊ primā phiā ⁊ metaphysicā vocant: q2 scilz post nālium reꝝ traditionē instituta illa ⁊ ordinata eē videatur. ❡Cetera ea cognitio: cui subiectę sunt res: ptim coniunctę mā: ptim abstractę: Mathematica ⁊ scia de aīa nuncupaṫ. Et.n. mathematicaꝝ reꝝ substantiā affinitate quadam: ⁊ interstitio vtriusq3 nāę ancipitem esse: atq3 intermediā autumant: eo q si vtilitatē: atq3 in cōe spectes mā sint expertes: si dimēsum ipm discretionēq3 pticularem ac sensilem a mā distungi: atq3 auelli non possint.

Nō annuit Simp. sciam de aīa mathematicā eē: vt qdā credūt: s3 mediā iter nālē ⁊ meta. sicuti ⁊ mathe.

Idem de aīa dr̄. Ex sensib⁹ nāq3 ⁊ imaginatiōibus: atq3 illo ipso itellectu potētię: multa3 inesse mā colligunt: ex agente ꝟo intellectu: quem caput esse animi Aristoteles ostendit: aiunt eē aīam ab omni materia prorsus abiunctam: q̄uis non idem Alexandro videatur. Uerū alias philosophię ptes diligentius suis locis exequemur. Nūc de naturali dūtaxat est agendum.

Nālis sciētię diuisio.

Scientie naturalis: pars vna circa pncipia reꝝ nālium: q̄tenus nāles sunt atq3 corporeę: qđ prorsus idem est ⁊ circa ea quę necessario ꝯsequentia sūt ⁊ cōnexa pncipijs. Altera pars circa ea versaṫ: quę ex pncipijs oriuntur. Ex his quę de pncipijs oriunṫ: quędā simplicia habenṫ quędam cōposita. De simplicibus ea

Liber d cęlo

pertractat sciētia: quę de cęlo est ab Aristotele instituta. Nam prioribus duobus voluminibus de quinta substātia eius: quod pprię cęlum est disputatur. Superq3 perénitas etiā illius ostenditur. In reliquis duobus libris de q̄tuor elementis agiṫ: quę sub lunę orbē sunt: q̄tenus simplicia sunt ⁊ q̄tenus motus simplices hn̄t. Sic eni vt arbitror melius dr̄ q̄ Alexandro visum est: q de perpetuitate ⁊ orbiculatiōe addit ēt de quolibet corpe naturali: seu de mundo vliter in his libris traditā esse disciplinam.

z Alexan.

pantibus arbitratur: nõ solum in se vna simplexq; est:
sed etiam per comparationem & collationez ad tẽpus.
Nam quõ quis mel flauum & dulce: niuem candidaz &
algiosam sentit: eodem tempore vtrũq; sentit: & quãdo
alterum dissidere & diuersũ esse decernit: simul quoq;
idem in altero statuit. Dixi quando decernit: qđ qdem
verbum per accidens accipi potest: quia possũ dicere
Platonem Phm ad Dionysium tyrãnum in Siciliaz
traiecisse adnauigasseq;. Sed q̃q̃ nunc dico illum ad
nauigasse: non tamen dico illum adnauigasse nunc. Fa-
cultas ꝟo & potestas illa: quę de albi & frigidi differen-
tia iudicat: non modo nunc iudicat: sed etiam inter nũc
esse: & nunc differre illa distareq; indicat. Simul ergo
de vtroq; constituit ita efficitur: vt non solũ vna sit vir-
tus: eo q de ambobus iudicium ferat: sed etiam sit vna
q de ambobus eodem momento pronunciet. Est igit
sensualis aliqua vis: in quaz functiões diuersissimę om-
nium sensuum terminantur.

❡ Quemadmoduz sensus cõmunis contraria cognoscat:
& quemadmodum sit similis centro. Item sensum cõ-
munem merito principem sensuum vocari: vt cui sen-
sus cęteri ancillentur. Cap. VIII.

146 VErum dubitauerit aliqs: si statu-
endum ita est vt diximus cõ
sequens videri: vt illud quoq; statuatur
vnam candẽq; indiuisam & simplicẽ fa
cultatem pluribus motibus: & quidẽ eo
dem puncto: & qđ grauius est etiam contrarijs & aduer
santibus moueri. Non modo eniz pupilla & lingua fla-
uitiem seorsum hęc illa dulcedinem ad sensũ cõmunẽ
adducunt: sed etiam sola pupilla candorem simul & ni-
gritiaz eodem apportat. Qđ genus accidit quoties ocu
los in paginas scriptas conijcimus: in quibus simul al-
bum & nigrum contueri est. Hęc ꝟo non solum diuer-
sa sunt: sed pręter hoc etiam pugnant & dissident: q fiet
itaq;: vt contrarijs motib⁹ exerceri vna vis possit: Sa-
ne in sensibus & sensilibus: quę tñ diuersa essent non ẽt
cõtraria: quia nec actus ab his profecti contrarij habe-
rentur: vt dulcedo & flauities: cõniuere id facilius posse
mus. In vno autem sensu & instrumento id defendere
absurdius videtur: q̃ vt prętereundũ silentio sit: quã-
doquidez contraria percipere & sentire simul oporteat.
❡ Sed ecquid idoneum nobis suffugiũ illud est: quo
multas in phia difficultates & nodos exoluimus: pote-
statem videlicet eam: quę cõmunis sensus appellitet:
& quo actiones particularium sensuum referantur: vnã
quidez numero dicere: sed quę ratione & consideratio-
ne in plura se fundat: partim igitur diuisa est: quoniam
essentia & ratione distrahitur: partim indiuisa: quoniam
loco & numero vna est. Qua distinctione recępta proti-
nus appareat: quemadmodum vna quõ sit: tamen plu
ra & contraria sentiat. ❡ Sed nõne flagitiosa solo est.
Nam siquis eandem rem potentia diuisilem & indiui-
silem diceret: nihil ipendio admirabile diceret: quõ ne
gari nõ possit idem simul esse potẽtia feruidũ, gelidũ,
148 candidũ, nigrũ. ❡ At ꝓbare qcq̃ simul eẽ actu ꝯtra-
ria hoc ego nõ solum admirabile: sed etiam ipossibile
duxerim. Pro hinc necesse est differentes actus: aut tẽ-
pore diuerso: aut a diuersis agẽtibus concipi. Quapp si
sensus intellectusq; sensibiliũ & intelligibilium formas
recipiũt: fieri nullo modo põt: vt repugnãtes & contra-
149 rias simul recipiant. ❡ Quobrẽ rectius illud ac veri⁹
fuerit sensibilem vim notę ac puncto persimilem dice-
re: imo ꝟo circuli centro: quo lineę oẽs a curuamine ꝓ-

a ℭ Punctu quidē.ait Simpli.assimulat oīa sensi.vt pote q̄ cuȝ sit sēsus corporea substā ⁊ iparabilis: vtaṫ autē sensiterio qḋ pati/bile est:⁊ vna cū eo operatur qḋ ⁊ patiṫ et mouetṫ ab ipsis sensib⁹: dum diuersis sub diuersis corporib⁹ diuerse occurrit affectiōes. ⁊ ipsa ē p se ī actione iudicādi nō est penit⁹a corporib⁹ separata.

fecteq; directeq; terminanṫ procumbūtq;. Punctus ª ille
simul est vnus ⁊ plures: vnus: q̄z circuli cardo vnus est.
plures: q̄a pluriū ⁊ differētiū linearū ꝓ termino ⁊ colli
nitio capiṫ. Ex hac eā simul ⁊ secabilis ⁊ insecabilis di
ciṫ. Eādem nāq; obtinet facultas hęc: quā ⁊ primā sen
sualē ⁊ principē sensuȝ vocare opȝ: ꝓpterea ꝙ q̄uis vna
multis tn̄ sensoriȷs ꝯiūctū est. Quatenus itaq; vna indi
uisibilisq; est: de diuersis simul ⁊ vno iudicio iudicat.
Quaten⁹ v̄o pluriū ⁊ separatarū rerū termini ⁊ fungi/
tur fit: vt vna scindaṫ ⁊ debiscat ī plures: ⁊ de diuersis
negocȷs diuersa iudicia ꝓferat. Ita nihil obstet mlta ⁊
abiūcta eē: quę sentiāṫur: ⁊ tamē vnā vim haberi q̄ sen/
tiat: q̄ppe q̄ simul vna sit ⁊ multę. Pręterea id qḋ sępe
cōmonuimus: ipsa non albet simul ⁊ nigrat: neq; friget
simul ⁊ calet: nā hoc q̄a absurduȝ eēt: sed quō sensus suis
quisq; officȷs ꝯfuncti: ea quę cognouerūt ī ius annūtiāt
ipsa extra corporis ⁊ tāq̄ ꝓ tribunali sedens ⁊ spū illo
curruli inuecta: vn̄ oīa instrumēta portionē suā carpūt
hauriuntq; q̄ntuȝ ad explēdum vires suas ⁊ obeundus
munus sit satis. Et quo vt dixi q̄nque interpretes siue ex/
ploratores ⁊ nūtȷ sensus tāq̄ apparitores ⁊ ministri p/
cedūt: illa inq̄ virtus eo suggestu posita nō patiṫ ipsas
cōtrarias qualitates: sed ante se positas ⁊ ad pedes ge/
nuaq; aduolutas iacētesq; ꝯtemplatur: ita demū iudi
cium suū promit ⁊ dulce ab amaro īcernit: ⁊ albū a dul/
ci discriminat. Et quēadmodū vnus pluribus velicāti/
bus litigantibusq; pōt simul ius dicere: ita nō sit a nul/
la rōne inuētum: sensum aliquē in nobis ꝓmiscuū con/
tineri: q̄ 3uȷs sensibus simul operā det. Illud eēt absur
dum putare sensuȝ eū simul pati contraria. Ex his q̄ di
cta iā sunt ꝯstare arbitror: neq; visum in pupilla ꝑmū
esse: neq; auditū in aurib⁹: neq; gustū in lingua: sed sen
sus oīs in prima illa sentiēdi vi sedeȝ hīc. Cū si q̄nq; di
ximus q̄nque nobis eē sensus oēs: ex eo accipi volum⁹
q̄nque instrumēta haberi: ⁊ q̄nque canaliculos sensilib⁹
spiritus: quos tāq̄ a fonte vno per instrumēta illa riua/
tos quinque sensib⁹ natura distribuūt. Sēsum v̄o pro/
prie illum ꝑmuȝ ītelligimus: q̄ instrumentis his ceu fa/
mulitio vtitur. Iaȝ ea quę extrinsecus deferunṫ q̄nque
sensibus: tāq̄ diuersorȷs ⁊ domicilȷs recipi equū fuit.
At regis ac pncipis sedem vnā ꝯstitui opȝ. Quēadmo/
dum eni q̄uis multi magistratib⁹ libelliones pracma/
tici exceptores assideāt: vnus tamē est q̄ ius habeat sen
tētię ferēdę: ita ⁊ hīc tā eēsi multa instrumēta machina/
mētaq; sint in quę rerū simulachra recepṫentur: vna tn̄
vis arbitra est: q̄ de oībus sciscat: ꝓnunciet: iudicet. Hęc
illa vis est q̄ nos visu videre ⁊ auditu audire sentim⁹.
Eadē eni potentia pcipi actiones sensuȝ necesse est: q̄
priās actionū percipimus: nō ergo verū est: ꝙ pauloanṫ
visi sumus ꝓbare quom diximus: visu nos sentire h̄ ꝙ
cernamus: ⁊ auditu ꝙ audiamus: h̄ suȝ est sensus cōis
ingeniū: munusq; cui notitiā oium sensiliū nā mādauit.
Hactenus de sensibus dixisse sit satis.

ℭ De mente intellectuq; queȝ veteres existimauerūt idē eē cū sensu. Itē in quo differat itell's a sensu. Cap. IX.

150 PRorimum ab his est: q̄ā nō so
lum sentiēdo: sed ēt
intelligēdo cognoscimus: q̄rere: ꝙ discri/
mē iter sensuȝ ⁊ itellectū ᵇꝯstituere opor
tcat. Quo v̄o nobis q̄uo hęc sciētius ⁊ i/
structius pcedat afferenda de hoc sunt veterū ꝯsulta: q̄
de natura scripsere. Atq; illi q̄deȝ ferme oēs sensuȝ idē
esse cum aīo ⁊ intellectu dixerūt. Quō eniȝ versu qōdā
cecinerit Empedocles ꝯsilium ad ꝓsens hoī ⁊ sapiētia
constat: nihil videṫ tribuisse supra vim sensus aīo: quē

b ℭ Sub itellectu phantasiā ēt ꝯphendit: ait Sim. ea rōne ꝙ cū itell's hac q̄dem pte ꝯuerit: q̄a n̄ eget sensilib⁹ pīma a q̄b⁹ moueṫ.

prout quęq; res sensib⁹ accidisset varie ⁊ īconstāter im
pelleret. Homerus quoq; quō dicat mētem oīb⁹ muta
tiones varietatesq; ambientis nos corporis: seq̄ vī na/
turā animi habuisse corporeā: eūq; quasi idē eē cū sen/
su putasse. Taleȝ aium plane mortalibus eē necesse est
151 in lucē primo q̄lem deus extulit ortu. ℭ Iā hī qui ani
mā ex primordȷs ⁊ elmtis rerū ꝯcretam ⁊ ꝯditā volūt:
quo res per silitudines earuȝ īsitas cognoscat: videntur
aiam nihil aliud q̄ corpus credere: q̄ppe q̄ ex corpib⁹
constare dicaṫ: q̄ ipsaȝ cognoscit. Cęteȝ oportuit nō id
tn̄ mōstrasse quēadmodū anima cognosceret: sed etiā
quemadmodū falleret frustraretur q̄: tāto ꝓsertim fre/
quētiore ꝓpensioreq; ad labendū ⁊ oberrandum vita:
tuȝ ꝙ temeritas ⁊ ignoratio maiorem qui partem no/
biscū exigunt: q̄ experientia ⁊ notitia: tuȝ vel maxime:
ꝙ ea quę nouimus portione minima cōtinenṫ: si colla/
ta cōparataq; his fiunt: quę ignoramus. Pręterea quō
sciētia ⁊ ignorātia contrarioȝ vna esset: qui eniȝ sciat
bonuȝ cōducere simul scierit malum fraudi eē: ⁊ qui in
illo fallaṫ: falsuȝ se quoq; in altero habuerit: necessariū
erat: vt aut similitudines cōtrarioȝum generū simul in
esse anima dicerēt: quādoquidem cōtraria noscerēṫur:
aut dissimilitudines: q̄a deciperemur: quoȝ neutrū eē
rōne vlla potest. Atq; hęc fere extra ꝓpositum hacte/
nus. ℭ Verū q̄ non ideȝ sit itellectus ⁊ sensus prom/
ptissimuȝ illud atq; efficacissimuȝ argumentū videtur:
ꝙ quō animalia oīa sint sensibus ꝑdita: solus homo p/
ter hos ⁊ menteȝ ⁊ intelligentiam obtinet. Pręterea q̄s
non videt alias eē differētias rōnalis potētię: alias sen/
suȝ. i. quinque: Iteȝ affectus ⁊ opera quis possit nega/
re: alia sensibus iūcta: alia intellectui ⁊ rationi tributa:
Neq; interest intelligētiam illaȝ: an rōnalem virtutē:
an intellectum ⁊ mētem appelles. Nam posterius di/
ligēter pressiq; digerimus: quid q̄buscq; nominibus in/
dicetur. Nunc obsecro voces illas promiscue pro vna
re adeuntes hęc audiant: tantisper dum de differentȷs
sensus ⁊ animi agitamus.

ℭ Intellectū nō eē sensuȝ: neq; itē imaginationē. Ca. X.

152 AL primum quidē virtutes ani
mi videntur hę: re/
cta opinio sciētia prudentia quę ad sen/
sum ptinere non possunt. Iteȝ vitia ani/
mi sunt: falsa opinio insciētia imprudē/
tia: quę nemo sensibus tribuere possit. Pręterea sensus
cum aut ꝓprȷs: aut cōmunibus sensiliū generibus ab/
soluatur: circa ꝓpria qḋ parte plurima dixerim īcorru/
ptus veruscq; est. Contra intellectus q̄uis in eo ꝓpria ⁊
cōmunia alio more spectētur: tamē frequēti⁹ a ꝓprȷs
q̄ a cōmunib⁹ fallitur: ꝓpterea ꝙ res quanto cōmunio/
res habētur: tāto cōspectiores prioresq; intellect⁹ sunt.
Cū si vsq̄ dicuȝ reperias aialia quędam rōne quę ca/
reāt: aium tamē ⁊ intellectuȝ habere scito abusionē in
eo nois factam. Nullū enim ꝓter hoiem animal cōpos
⁊ particeps animi est: sed nōnulla spectris ⁊ visionib⁹
valent: qḋ genus phātasiaȝ ⁊ imaginationem appellāt.
Imaginatio autē q̄uis sit ꝓstantior ⁊ nobilior sensu: lō
ge tamē inferior aio intellectuq; est: vtpote quę tāq̄ in
cōfinio vtriusq; sit posita: ita fit: vt ea vis sensum q̄deȝ
sequatur: sed actioneȝ animi antecedat: ꝓinde visa sen/
susq; simul illita animo sunt excitāt adiūguntq; sibi cō/
motionem illam: quā hypolepsim dicūt. Ac si suspitio/
nem: appēsionem: susceptioneȝ: aut existimationeȝ vo/
caris quo noie omne iudiciuȝ intellectus ⁊ rōnis: itē ha
bitum oēm ⁊ formaȝ intelligendi cōplectimur: eoq; il/
lud tāq̄ genus accipitur: cui⁹ spēs sint opinio sc̄ia pru/
dentia.

tur sensus: via ipsa: velut ī ē suauē phātasia ex ipsa q̄doq; exurgens ea q̄ cognoscēda sūt proponit.

a ℂ Nō ita ē audiendū qḋ hic Ar. Themistiusq; dicit aut Sim. q.s. imaginari in n͞ra sit facultate: vt credam⁹ q imaginatio qlibꝫ in n͞ro sit arbitrio: nā imaginationes nul͞e nobis ē in initio futur͞e sꝫ iō ī n͞ra eē facultate dī: q2 q̄dū sūt ꝗ quocūq; libuit fuerit imaginari possum⁹

dentia. Atq; hę virtutes q̄uis oriant̄ a sensibus: ⁊ prece
dentē imaginationē regrant: non tñ cum illis eędē sūt.
Prorsus suscipere aliqḋ in opinionē sciam aut pruden
tiam alterius facultatis est q̄ȝ imaginationis: nam ima
ginaria a ⁊ visa ꝯcipere simul ac collibitū est possumus.
Tantęq; in eo cuiq; copię suppetunt vt nihil subsit: qḋ
non possit sibi affingere ⁊ subijcere oculis: adeoq; faci
le oia q̄ velimus ad condictū accurrunt: vt ut̄ꝫ quasi ge
ri agiq; videant̄. At credere aliqḋ aut existimare aut iu
dicare de rebus quoties incessit voluntas: in nostra ma
nu nō est: sed quoties ipsa rei veritas quę videbat̄ aptis
sima assentiri nos cogit. Neq; n. fieri pōt vt qs rei quā
nihil dubitat falsaꝫ esse: assensus suos accōmodet: at xo
bis duo quatuor esse necessariuꝫ est velis nolis accede
re. Contra vt bis duo sint qnq; aut bis deceꝫ viginti nō
sint: nemo vnq̄ȝ accesserit qui rōnem numeri teneat: si
cut neq; vt homo non sit bipes: aut vt ignis nō perurat.
Quis enim ⁊ flāmas gelare ⁊ hoiem esse quadrupedē
dicas non tamen id quod dicis etiam sentis: possumus
quidem ore dūtaxat ⁊ lingua tum veꝫ dicere: tum etiā
dementiri: at opinari ex animo intus ⁊ corde. Item as
sentiri ⁊ dissentiri nō possumus: nisi quę vel inuitissimi
credere: aut aspernari compellimur. Nam quę euiden
tissima sunt: ⁊ quę ita esse vti sunt videntur: attollunt ra
piuntq; etiam repugnantem animum ad accessionem:
siue assensionem. E diuerso quę nullo modo videntur
esse auertunt ⁊ reuocant etiam volentem accedere: quo
rum xo incerta ⁊ ambigua ratio est ⁊ perinde iudiciuꝫ
153 anceps q̄si suspendunt assensus ⁊ substinent. ℂ Ima
ginari quidem in nostra potestate est nō modo quę pos
sunt esse: sed etiam: quę non possunt: vt tricipites ⁊ ter
geminos homines qualem fuisse Herionem confictum
fabulis est: vt alatos: qualeꝫ Zetum ⁊ Calain filios Bo
reę: vt Hypocentauros: vt Carybdim ⁊ Scyllaꝫ. Quē
admodum eni pictoribus licet quacūq; forma animal
in tabula ponere: ita ⁊ animę comminisci formareq;.
154 ℂ Adhęc cum formidabilem ⁊ atrocem aliquā cla
dem impendere nobis opinamur: statim contrahimus
⁊ demittimus animum: toto corpore perhorrescimus:
contremiscimus: impalescimus. Contra quō voluntatē
aliquam insignem aut compendium magnum ad nos
spectare instareq; credimus: fidentes: hilaresq; gestibun
diq; reddimur. At affingimus cum imaginatione sola
hęc: vt quō proponimus terremotus horrēdos: truces
ferarum imitium aspectus: nulla nec affectio: nec con
sternatio sequitur: ⁊ quemadmodum picturę non deter
rent: ita nec visa: nec figmenta illa: quę ipsi arbitratu no
stro confundimus ⁊ miscemus. Ex his liquet imagina
tionem ab existimatione ⁊ apprehensione distingui.

ℂ Imaginationē esse virtutē diuersaꝫ a sensu. Cap. XI.

155 QUom xo multa intelligantur a no
bis: de quib⁹ nihil opinamur:
⁊ quibus assistimus neq; obsistimus: con
sequens esse arbitror docere quidnam in
tellectio ab imaginatione visioneq; diffe
rat. Non enim propterea q sine visis ⁊ imaginibus in
telligi nihil potest: putandum est eandem vim esse: quę
intelligat ⁊ visa concipiat. Uexo locus hic tractatus eē
accuratissime videatur initio paulo altius petito ꝓ mo
re nostro de imaginatione disseremus. Relinquātur si
gnificatus illi imaginationis: qui per translationeꝫ mo
do de sensibus: modo etiam de mente ⁊ intellectu affer
ri solent: de sola ea imaginatione loquamur: cuius in si
mulachrum spectrūq;: tanq̄ȝ rei sensę figura quędam ⁊
effigies formatur ⁊ creatur in anima. Quę si ita est imagi
nandi vis facultas vna: aut habitus ex illis vnus vide
tur: quo veri sumus aut falsi: nā quatuor sunt habitus:
quibus veri esse falsiue possumus/ sensus/ opinio/ scien
tia: intellectus. Intellectum hoc loco accipimus strictis
156 sime ⁊ proprie pro eo qui nunq̄ȝ falsa reperit. ℂ Pri
mum igitur ostendo sensum non esse imaginationem.
In somnis imaginamur: in somnis non sentimus: neq;
actu: neq; potentia. Non potentia: quia insomnium est
cōmotio sensorum: quę impressa ⁊ derelicta intus sunt.
Nec actu multo magis: q fieri non possit vt sopiat̄ ani
mal vigilante ⁊ incubrante sensu. Pręterea cęci imagi
nantur ⁊ confingunt colores: quos tamē neq; actu: neq;
potentia sentiunt. Deinde sensum omnibus animalib⁹
nam vulgo concessit: vim imaginandi non concessit: sꝫ
dedit fortasse formicis ⁊ apibus: eoq; amplius equis ⁊
canibus: negauit vermibus. Item sensus propriorum
generuꝫ verus magna ex parte est: imaginatio fere om
nis mendax ⁊ falsa: eaq; tunc potissimum frequēs mul
taq; accidit: quom quiescunt ⁊ feriantur sensus: quod q
dem apertissimum est. Quoties enim sensus circa res
subiectas actu versant̄ imaginari non dicimur: sed quo
ties ad opera recesserunt: nemo tam stupidus sit qui ō
Socrate quem cominus videat: cogitet: sed de eo queꝫ
eminus prospectet obtutu dubio caligātq;. Pręterea
nemo potest clausis ⁊ compressis oculis cernere: cogita
tio imaginatioq; tunc vel efficacissima est. Possunt ⁊
alia super hęc complura adduci: quibus luce ipsa clari⁹
comprobetur imaginationem a sensu differre.

ℂ Imaginationem a scientia: intellectu: opinione diffe
re. Cap. XII.

157 SEd ab intellectu quoq; ⁊ sciētia ima
ginationem distare ad hunc
modum breuiter ⁊ facillime demonstrat̄.
Intellectus ⁊ scientia semꝑ veri habitus
sunt. Imaginatio praro est vti fallax ⁊ va
na non sit. Reliquum quęrit̄: an idem habenda opinio
⁊ imaginatio sint. Sed hoc abunde superius indicatuꝫ
est. Quom enim imaginationem ab existimatione ⁊ ap
prehensione doceremus seiunctam esse: tunc quoq; vsu
cōmuni ab opinione secreuimus: q2 sub existimatione
opinio vt spēs continet̄. Sane opinio ⁊ imaginatio illō
habent cōe: vt vera ⁊ falsa esse possint: quę sub vtranq;
vim cadunt. Uerum dissentit in eo ab imaginatiōe opi
nio: q hanc consequit̄ assensus ⁊ fides: neq; vllo pacto
potest: vt qui opinat̄ non credat ita plane esse vt opina
tur. Rursus fidei annectit̄ persuasio: ꝑsuasioni rō. Est
enim opinio quędam cum rōne assensio. Animalibus
nōnullis b q̄ȝq̄ȝ adest imaginatio: rōnis tamen vsus nul
lo modo pōt adesse. Item opinari facta ipossibilia in
nostra potestate nō est: qḋ etiam retro diximus: vt ala
tos homines: aut tergeminos: imaginari certe prōptissi
mum cuiq; ⁊ facillimum videtur.

Opinio

b ℂ Id de imaginatione terminata cū finita intelligendum est: ait Simp. nā phālas q̄daꝫ ⁊ infecta hūt quecūq; sēsu nō carent.

ℂ Contra Platonem q imaginationeꝫ dixit esse comple
xionem opinionis ⁊ sensus. Cap. XIII.

158 EX his obiter ⁊ illud constat imagi
nationem nō esse opinioneꝫ
cum sensu: neq; ꝑ sensum: neq; cōplexio
nem: itē opinionis ⁊ sensus: qḋ dico pro
pter Platonem: q putat imaginationeꝫ
nihil aliud esse q̄ȝ sentire aliqḋ: ⁊ illud ita opinari eē vt
sentiret̄. At dictum est: atq; adeo demonstratum imagi
nationem cum opinione non semꝑ coniungi. Qḋ facile
deprehendas si picturam q̄ꝑpiam contēplcris: in q̄ mi
randa extremaq; ⁊ monstrosa sint depicta: nam cogita
re qdem de illis ipsis q̄ spectaueris ⁊ imaginari tantū ꝑ

necesse est:opinari certe ita esse vt sunt d̄scripta nō pos sis. Sed ꝛ inde ꝓbaueris imaginationē non esse cōne xionem opinionis ꝛ sensus:q꞉ si illud detur:quom fieri nequeat vt talis complexio intelligatur diuersis subie ctis absolui:hoc est vt opinio circa bonitatē:sensus cir ca nigritudinem versetur:etiam si eadem res sit in qua ꝛ bonitas ꝛ nigritudo contineatur:quo genere cōplexio opinionis ꝛ sensus accidentaria esset. Reliquum est:vt opinio atq꞉ sensus:quoꝝ complexione definienda ima ginatio sit:tum vno genere ꝛ qualitate subiecta vti: tum parē vtriusq꞉ rationē inire:nec vicissim pugnare dican

159 tur. ¶ Sed cum pleruꝫ accidat:vt tametsi de eadē re ꝛ sensus ꝛ opinio habeantur: tamen opinio recta sit atq꞉ vera:sensus mendax ꝛ falsus. Non video qui pos sit defendi consortium illud imaginationem esse. Nam quom sensus iudicet solem pedalem:opinio maiorē ē terra:qđ fedus:quę societas inter iudicia tam contraria fuerit:aut qua rōne conciliabitur aut conflabit̄ iudiciū vnum ex vtroq꞉ falso hocillo vero:cū necesse sit: aut repudiata opinione:quę vera est:falsum iudicium sen sus asciscere aut simul cum opinione retinere etiam iu dicium sensus:vtpote a quo potissimū imaginatio oria tur ꝛ pēdeat. Certe hoꝝ vtrūq꞉ impossibile est:q꞉ neq꞉ veram opinionem respuere aliqs pōt re p̄sertim non cōmutata:sed incolumi ꝛ ipsa ꝛ eo q opinat̄: neq꞉ item fieri pōt:vt is qui recte opinat̄ solem esse maiorem ter ra:credat aspectui facienti pedalē. Jam hoc loco tene tur Plato apertissime:quō inficiari nequeat talem sen sum q ab opinione dissentiat misceri cum ea ꝛ copulari non posse:imo ꝟo hic nedū coalescit opinio cum sensu: sed excludit ꝛ reijcit sensum:ꝛ vna cum sensu imagina tio quoq꞉ damnat̄. Est.n.imaginatio q̄si quędam ipres sio ꝛ vestigium sensus:non ꝯplexio opinionis ꝛ sensus: nam remos si mergas videnī infracti. Primūq꞉ id sen sus iudicat:dein ꝛ imaginatio sequit̄: sed opinio quę vi sis obsistit vtrumq꞉ coarguit.

¶ Hoc Plato in sophista scripsit:aut ali Simp. nō eo modo intellexisse mistionē:vt ex sēsu ꝛ opiniōe iuicē cōmistio insurgat imaginatio: sed eo mō: q̄ media q̄dā misceri dñr ex extremis:q̄ tñ simplicia ipa sint cōmista tñ di cūt rōne ꝯuenientię:quā ad vtraq꞉ extrema retinēt:eo dē ē pacto in timeo sit aīam ex ipartibili ꝛ ea ē q̄ circa corpa diuidit̄ subā ꝯsta re dixisse ea rōe q̄ media manēte ei simplicitate ꝛ cuꝫ extremis aliquo pacto cōionem quādam hñt.

¶ Imaginationem habere similitudinem cum itellectu. Item quę sit definitio eius ꝛ quot modis distinguatur a sensu. Cap. XIIII.

160 Si igitur imagīatio neq꞉ sensus:neq꞉ existimatio:neq꞉ opinio:neq꞉ prudētia:neq꞉ scientia:neq꞉ itellectus ꝓprie est:nulla facultas animę relinquitur:ō qua possit ambigi:an sit imaginatio:nisi quę forte de itellectu controuersia est. Naꝫ si intellectus omnis semꝑ verus esset:dubitari non posset:an imaginatio intellectus foret. Sed siquis etiaꝫ intellectus sit qui fallatur:vtiq꞉ non sit facillimum imaginationem ab itellectu distinguere:quō fere plurima similitudine inter se iungant̄. Primum quod ꝛ dixi:imaginatio falli potest ꝛ intellectus: deinde quemadmodum in nobis situm est de quaq꞉ re imaginari ꝛ cogitare quō volumus:ita omnia intellectu affingere ꝛ componere possumus:verumtñ nihilo minus differūt: sed quibus discriminibus iam quęrendum est. Primū vtriusq꞉ natura definienda seorsū videtur:ita apertissime dilucescet:quęnam inter vtrūq꞉ distantia sit. Prius tamen qđ sit imaginatio demonstrandum est. Hactenus enim non quid sit:sed quid non sit executi sumus. Quō igitur pleraq꞉ ita moueant̄:vt ipsa etiam moueāt vt lapis:qui mouet̄ a baculo:quē man⁹ mouet:ꝛ nauis quę mouetur a fluctibus:quos excitant venti:nihil miruꝫ si hoc ideꝫ in sensu quoq꞉ noscat̄. Sensus a sensilibus exterioribus cōmoti lacessitiq꞉ primū simulachra ab his missa recipiunt:deinde illam aīę vim:quā imaginationem ꝛ phantasiam vocamus:ipellūt:cuius ea est nā:vt formas atq꞉ imagines rerum:quas pręhent ꝛ renūciant sensus retineat ꝛ consignet in se:ita vt vel digressis his: quę sensus ciebant:tamen vestigia illorū ꝛ effigies diutius hęreant:ꝛ cunctent̄ in nobis. Sane nihil est taꝫ facile q̄ꝫ quō remota sensibilia sunt:imaginationē a sensu decernere:quippe q tunc ab ope sensus cesset:imaginatio non cesset. At quō sensilia ita assistunt: vt sensum ꝛ imaginationem simul pellant prouocentq꞉:tunc difficile est facultates illas internoscere:qm̄ vtraq꞉ circa idē gen⁹ ꝛ eodem tēpore absolui ꝛ versari videnī. An neq꞉ tum quoq꞉ idem genus:neq꞉ idem tp̄s: neq꞉ eadem rō est:qbus sensus ꝛ qbus imaginatio vtat̄:pͥmum qualitas:quę sensuꝫ extimulat exteri⁹ hīc:at quę imaginationem interius. Quę.n.accepta ꝛ compręhensa sensibus sunt:eoꝝ spectris ꝛ simulachris imaginatio excitat̄: ita fit:vt quemadmodum sensile cōpetat ad sensuꝫ:ita actio sensus imaginationi respondeat. Quia ꝟo plurimum fit vt sensu ꝛ imaginatione simul vtamur:tūc differentia vtriusq꞉ potentię non admodum conspicua eē potest. Uerum vt dixi iter sensum ꝛ imaginationē clarissimum iterstitium est:quō sensus officio suo functus prior deponit:qđ ex more plurimo agit̄: imaginatione adhuc vigente perseuerāteq꞉:quo qdem tp̄e vestigiuꝫ rei sensilis conceptum foris ꝛ haustum a sensu:suū imaginationi subiectum efficit̄:qđ quemadmodum fiat de imagine hac capiamus. Lꝫ exemplū fingamus anuluꝫ esse:q effigiem suam in cera penitissime.i.intimius adigat ꝛ adusq꞉ fundum expangat:deide a cera ita prorsus intime effigiata obsignari ambientē obductūq꞉ aereꝫ: mox remota cera ꝛ anulo:impręssionē ꝛ sugillationem in aere solam relinq. Referamus hoc in sensum ꝛ imaginationem. Sensile ꝓ anulo sit:vicem cerę sensus obtineat:imaginatio aeri succedat. Cęterū similitudo hęc passiones in a[illegible]trium continet:aīantib⁹ alio genere pati ꝯtingit:nam hoꝝ passio:non tam passio q̄ꝫ actus ꝛ absolutio est:ꝛ quemadmoduꝫ sensus a sensilibus rebus: ita imaginatio q̄ in actu fit a sensu ꝑficit̄. Differentiam porro vtriusq꞉ potētię potissimū docent ea aīalia: quę quom instructa sensibus sint:tamen imaginādi ꝛ afformandi visa ingenio carent:vt vermes ꝛ muscę ꝛ cōplura generis eiusdem:quę q̄q̄ꝫ a sensilibus mouent̄:non tñ retinent notiones aut spēs eas:quas sentiendo concipiunt:sed qcqd agunt:temere agūt:ꝛ casu ferunī nullis regentibus visis:quippe quę in his manstare:aut scrutari non possit. Proinde sensus illoꝝ perīq꞉ similis ictui pceleri est:quē quis sūmo tenus ꝛ intrā scursu impegit: vnde nec cutis adliuescat:nec vibices attollant̄. Jn qbus aūt exēplaria:ꝛ imagines reꝝ sensiculataꝝ firmi⁹ ꝛ stabilius hęsitant:his altera quędā facultas supra sensuꝫ data est:in q̄ tanq̄ꝫ in ęrario atq꞉ penu ad vsuꝫ prōpriarium formę oīum reꝝ locant̄:q̄obrē imaginatio: neq꞉ sine sensu adesse pōt:neq꞉ versare agitareq꞉ alias res:q̄ꝫ quę ꝑtinere videant̄ ad sensum. Et si iterim ad itelligibilia quoq꞉ vsum sui accōmodat:hoc ei illater⁹ contingit:q̄tenus ꝛ sensu:a quo itellectualia ortuꝫ progressionemq꞉ habent. Jtaq꞉ vt cera ipręssionem simul recipit ꝛ retentat:tñ diuersis causis:recipit:q꞉ nō rigēs pugnā sue est:sed cedens lentaq꞉ ꝛ in oēm effigieꝫ tenera retentat:q꞉ ꝑter hoc ē firmam ꝛ stabilem hꝫ compactionē:ita ꝛ aīa sensibiles formas a qbus mouet̄ ꝛ q̄si exculpitur recipit ꝛ cōseruat:sed recipit:q꞉ compos est sentiendi ea a qbus mouetur:ꝯseruat:q꞉ vim hꝫ imaginandi ea:quę sensit. Certuꝫ aūt illud est:quoties sensus in sensile agit.i.quoties sensus in actu est ꝛ incūbit i sen

flent:toties quoqꝫ in idem sensile imaginationē moue
rit:neqꝫ.n.digressis rebus aut sublatis imaginatio tueri
⁊ custodire vestigia eaꝝ possetmisi cognosceret ⁊ perci
peret ea:quoꝝ sibi custodia esset concredita.

Imaginationes quot modis ⁊ cur sint falsę. Item cur dicatur phantasia. Item absolutio definitionis eius. Item cur animalia maiore ex parte visis ⁊ imaginatione ducantur. Cap.XV.

161 SAne quęcū animantia imaginatio
nem ⁊ visa participant:quibus i
terdum integris ⁊ incorruptis:interduꝫ di
stortis ⁊ depravatis vtuntur:necesse est vt
ab his fere actiones suas ⁊ mores guber
nent. Plane omnis imaginatio siue recta siue contraria
sit tota pendet a sensu:cum quo semp incedit:ac pedeꝫ
pariter ponit:vt seu verus rectusqꝫ sit:seu contra men
dax ⁊ falsus continuo se eidē sectę imaginatio addicat.
Ergo quēadmodum sensus propriorū sensiliū:aut sem
per verus est:aut raren ter falsus. Contra in his quę sub
iecta sensilibus propriis existunt:hoc est quoꝝ accidē
tia illa sunt facile decipi solet:nam candidum atrūue es
se hominem q accedit integre pbeqꝫ iudicamus:sed si
audiamus etiam Socratem dicere. facile est:vt deci
3 pi ⁊ errare possimus. In cōmunibus item sensilibus q̄
appensa ⁊ anexa sunt propriis:motu:magnitudine:figu
ra:numero falli solemus:quom de eo qd ad plures sen
sus pertinet vno sensu iudicium pręcipites ferimus. Eo
dem modo imaginatio sensilium propriorum pręsente
⁊ agente sensu vera incorruptaqꝫ est. De subiectis ⁊ cō
munibus adiuncto pariter ⁊ abiuncto sensu decipitur:
nam si sensus adiunctus deerat: necessario ⁊ imagines
vacillant. At quom abiunctus sensus est:tūc quoqꝫ:sed
impen se:ac facillime imaginatio labitur:qr reruꝫ vesti
gia non conseruat:perinde qualia excipit. Quod quidē
tūc maxime accidere moris est:quom e longinquo sen
silium generum imagines ad oculuꝫ ęgerrime deferun
tur:ab hisqꝫ ceu confutatur ⁊ nubicu latur aspectus. Si
igitur iam constat imaginationem esse quādam poten
tiam animę:si item rōne demonstratum est:nullaꝫ esse
de his viribus quas supra recurrimus:restat definitio
nem eius talem afferre possumus. Imaginatio est mo
162 tus animę:quem sensus in actu positus creat. Cęte
rum quoniam visus sensuum omnium acerrimus pręs
stantissimusqꝫ est:inde imaginatio visi ⁊ visionis nomē
accepit:⁊ phantasia dicta ex argumento lucis:sine qua
cerni ⁊ videri non pōt. Illud vo qd pauloante hac di
xi:iterum dicam:animalium vitam actionesqꝫ magna
ex parte visis regi:propterea q in his imagines diu hę
sitant:⁊ simillimę perpetuis sensibus sunt. In hoc tamē
distinctio illa succedit:q alia visis ducuntur: qr nullaꝫ
vim superiorem hac habeant:vt bruta: alia q plerūqꝫ
accidit:vt nobiliorem potentiam:aut morbus intercipi
at:aut somus impediat:necesse est imaginationeꝫ sequā
tur:vt homines. Sed qd sit imaginatio:⁊ q̄obrem anima
libus data:affatim expositum censeo.

De intellu potentię qui vt sensus a sensilibꝰ:ita ipse ab intelligibilibus patitur: nec vllam propriam formam obtinet. Cap.XVI.

1 DE parte vo animę qua vtimur tūc
quom aliquid contempla
mur:cō sultamus:decernimus:siue b loco
disclusa est:vt Plato putabat:q rōneꝫ in
capite:iram in pectore:cupiditatem sub
ter pcordia in epate collocauit:siue loco qdem a cęteris
viribus aię separata non est:sed rōne diuisa:patnecessariū
videt:vt hac parte de natura eius tota diligenter:disqꝫ
sitoqꝫ exequamur:tum quęnam differētia inter hanc ⁊
reliquas facultates pſertim imaginationem probanda
constituendaqꝫ sit:tuꝫ illud per se accuratissime quēad
2 modum intellectio constet ⁊ absoluatur. Si igitur c
sentire ⁊ intelligere in eo affinia sunt: vt vtroqꝫ genere
aīa cognoscere ⁊ iudicare dicat:qd ⁊ retro explicauimꝰ
maxime necessarium est:quēadmodū a sensilibus gene
ribus sensum:ita ⁊ itellectum ab intelligibilibus pelli pa
tiqꝫ dicere. Passionem d vo intellectu accipere oportet
vti in sensu accepimus:nā verius dixeris itellectum p
fici ⁊ absolui q̄ pati:quoties de potētia in actuꝫ effert.
Porro intellectū de potentia ad actum cōmeare nihil
apertius:quō neqꝫ semper neqꝫ idem intelligere videa
mur:sed aliud alis. Atqꝫ hoc iam argumento est intel
lectum talem iure intellectuꝫ potestatis vocari:neqꝫ eni
fieri posset: vt de actu in actum quasi migrationem ⁊
transitum fecerit:nisi subesset potentia:qua tam differē
3 tes actus crearentur conciperenturqꝫ. Primū itaqꝫ
opꝫ impatibilem intellectum esse:quod propria passio
ne describimus:deinde necesse est: vt peculiarem qui
dem nullam formam obtineat:sed vt omnium forma
rum compos capaxqꝫ sit:ita vt q̄uis potestate omnia
referat:nō tamē simpliciter absoluteqꝫ omnia sit. Ter
tium adijcimus:vt sensus se ad sensilia hꝫ:ita se ad intel
ligibilia intellectum habere:⁊ quemadmodum sensus
nihil est actu eorum quę sentiantur:ita intellectuꝫ nihil
4 esse actu eoꝝ quę intelligantur. Necessarium itaqꝫ
est:quō omnia intelligat itellectus:vt omnia quoqꝫ po
tentia sit:hoc est vt nullam speciē certam aut pręcipuā
habeat. Recte igitur Anaxagoras quasi somniabūdus
de intellectu videt sensisse:quō illum simplicem sincę
rum intemperatumqꝫ diceret ⁊ ad oium reruꝫ quas co
gnosceret natura cōmunicatuqꝫ alienum:ita eniꝫ e fieri
vt q̄facillime oia intellectu compręhēdant si nulla fa
miliaris forma genuinaqꝫ habeatur:quę aditūꝫ cęteris
5 formis tanq̄ pegrinis ⁊ aduētitijs pcludat. Quobrē
quō intellectus nullam formam vt dixi pręscriptam ⁊
consignatam priuatim possideat:necessarium f est eius
natura hoc solo describatur:q idoneꝰ: compos:teneraqꝫ
sit recipiendis iuxta oibus formis. Ita intellectꝰ is quo
sapit ⁊ intelligit animus:non is quo aliquando pro ima
ginatione per translationem abutimur coꝝ generuꝫ q̄
cognoscit nihil actu continet anteq̄ cognoscat.

Intellectum neqꝫ corpus esse:neqꝫ corpore pro instrumento vti. Item intellectum esse locum ⁊ conceptaculum formarum. Cap.XVII.

6 QVo euenit vt dissentaneuꝫ sit pu
tare intellectū confun
di:aut admisceri cum corpore:qr corpus
sit oportet qd cum corpe admiscet. Item
si intellectus corpus esset necessario aliqs
7 actus foret ⁊ formam sui generis aliquā pferret. Cę
terum neqꝫ vtitur corpore vt instrumēto:quēadmodū
sensus vtuntur:alioqn afficeret qualitatibus ⁊ affectio
nibus instrumenti:quę q semp hęrerent: coniunctęqꝫ
cū actionibus eius omnibꝰ haberent:ipedimento eēnt
ne reliqua genera conciperet. Cuius quidem rei exem
plum in sensu perspicuum est:q̄uis enim sensus non sit
corpus:qr tamen sedibus ⁊ instrumentis corporis vtit:
eisdem qualitatibus qbus instrumenta afficiunt:affici
tur. Atqꝫ hoc quoqꝫ in sensorijs oibus argumento vno
probat:q cum vehemēs sensile:verbi grā:vehemens ali
quis strepitus auditum icit:aut nimius splendor oculos
accessit:aut quid graue olēs accidit narib:remissi pręs

a Quod interpres latine fecit actiones suas ⁊ mores gubernāt: grece Then. ⁊ Aris. agere ⁊ pati dixerāt:vbi sum pli. exponens ait pati qdem ēe oi cū imaginatio a sēsibꝰ mouet:agere vo cū ipsa p mota sponte deinde assur git ⁊ mōcua mouet aīalia.

b Siue separata sit siue inseparabilis sit sꝫ magnitudinē:aut Arist. quē locū exponens simpl. dicit nō h esse audiēdū p relatiōeꝫ ad corpꝰ.nā supius ptulit officia le eē ēt fingens figdeꝫ corpꝰ eā detineat:sꝫ intelligēdū est respectu parā eaꝝ aicꝫ supius sīt explicate: aliter.s. ⁊ imaginarie:⁊ hāc exponens Then. īsequitur vel potꝰ deꝫ: ait idē Sim. qm triplr eē eā rōe cognoscere docebit pponit ipꝫ sapere p se cōsiderandū sine sit sm magnitudinē sepabile a sapo siue nō: sꝫ tm rōe vt ea qd hēt ꝫ sint in nobis tres intellē q̄ sit tres subē abiuicē separate:vl vnꝰ potꝰ sit intellectꝰ ⁊ vna suba:rōe autē differētē to ta interdū in se ipsaꝫ puertat: aliqn autē ad exteriora decli nat: ⁊ eadem aut pfecta:aut īpfecta:⁊ eadē ⁊ si differētēs sīc sint nō autē sꝫ subiecto disclusę:cū .n. subdit Ar. cōsiderādū quā hēat differentiā manifeste nō ad pnarratas vires retulit.nā id apud est q hypolepsis differat ab illis

c s. potiꝰ ad differentias que i ipso sapere sūt reuocet.

d Nō de q̄cūqꝫ intelligē h audiēdū ē: ait Simp. q s. se hēat vt sē tire:nō.n. deo qd sm hitum pfectū est qm p se intellē pōt operari:pōtqꝫ p terea ēē sapꝫ intelligere:qm mā q̄ p se sēsus sapꝫ cogscēs nec ēt p se neq̄ p se absqꝫ sensilia pria ex citari: vn cuꝫ triplr intelligē dicat rōnalis aīe:ab infimo exordit: vt posset qd facilius possit ab auditoribꝰ intelligi. infimꝰ .n. ē mā lis intellēs:⁊ q ab eo q oia patiat nomē sortitꝰ ē q intellectus nō est: sed cū ea recipit pficit:velut ēt sensus cū sensilia:⁊ hac rōne assimulatur sensui.

e Impropꝰ ēt in i ellē q̄ in sensu audiēdū ē passi onis nomen: ait Simp. passio.n. vt monui īportare q̄ magis vt sensui accōmodari posset:rōne s. corpei instrumēti q̄ eget: q̄ intellm q̄ expers ē huiꝰ rei.

f Intellē n. vocat simp. velutī mā sostentē hic re bꝰ:q̄ intelligit pur ēt māle oi penitꝰ forma caret ⁊ hac ēt q cū i corpibꝰ ēt hꝰ mām negamꝰ eē vl ēē eiꝰ aliqd vl alia qd qd foraꝫ hēat.nā inueē fore quā dā hrit oppōneꝫ ob quā ñ qd sit qd a q̄uis eaꝫ essentiā hēat:pp:ā ipedit q̄minꝰ alias possit recipere.

f Intellm aliā n ām nul

terea τ modici soni:colores:odores p̄sentiri nō possunt q: obsessus obtentusq; maiore vi sensus:proindeq; occupatus totus nouum hospitem non potest admittere sed excludit. Contra intellectus siqd excellentius cōmētatus contemplatusq; est:non ideo minus: aut deterius humiliora τ inferiora cognoscit:sed probius τ meli⁹:ita fit vt sensus sine corpore absolui τ exerceri non possit: itellectus ab omni corpore abstractus adiunctusq; habeatur. ℂ Recte igitur autumant qui dicunt animam esse locum τ cōceptaculum specierū: etiam si minus ꝓprie loqui de conceptaculo τ loco videnť:nec tamen id de anima vniuersa accipi potest:sed de duabus tantū potestatibus eius τ partibus itellectuali videlicet τ sensuali. Quō ꝟo anima locus dr̄:non is locus significatur qui nos ambiat complectaturq;:sed ex ea translatione indicari volumus animam quodā pacto euadere τ fieri illa ipsa quę intelligit τ quę sentit.

ℂ Quemadmodum intellectus possit:τ quando incipiat perfici:τ seipsum agnoscere. Cap. XVIII.

8 AT q3 hic qdem intellectus qui potentia definitur τ primo ortu paruulis contingit. Quō autem progredientibus ętatibus paulū his firmitatis accesserit:tum via sensuum τ visionum ope:multaq; adeo huius generis exercitatiōe vniuersales notiones agnoscunt:τ similitudinē in dissimilibus colligunt:τ idem in differentibus discretisq; contemplantur:quo tēpore animus itellectusq; absolutior τ perfectior redditur. Nec absimilis hoi gnaro τ scienti efficiť:q ea quę a mathematicis theoremata.i. speculamina appellanť simulatq; perdidicit:de cętero ipse sua sponte τ citra docētem quęcunq; ei collibitū fuerit cōmentatur. Cuius aūt intellectus hoc genere confirmat⁹ adhuc quoq; potestatem annexam gerat:non tamen eodē modo:quo antēq̄ aut inueniret a se:aut aliunde cōdisceret:sed quom processit vt dixi habitus ei qdaꝫ q̄si allinitur q ante non aderat:qualis est visus: quo idoneus promptusq; fit similia τ dissimilia ꝓuidere: eadē τ diuersa percipere:consentanea τ dissentanea speculari:atq; tunc demum sese agnoscere τ intelligere incipit. Quom.n.ᵃ nihil aliud intellectus fit q̄ ipsa plane intelligibilia τ ipsę notiones:necesse est simul idem cū his factus est: quę intelligit vt tunc τ seipsum intelligat. Quom igiť habitum solum tenet tunc ipsa itelligibilia est:sed iacentia τ deposita. Quō ꝟo in actum extrahiť: tunc perinde iure ęquo cum ipsa re itellecta icedit eoq; τ ip̄m se merito agnoscit:eteni ipse illa est quę itelligun tur a se:quēadmodumq; Geometria nihil aliud est: q̄ ipsa illa theoremata:quę in geometria tractanť ita intellectus nihil aliud est:q̄ ipsę res quę ab intellectu noscunť. Pręterea vsq; eodem gescit:ac residet habitus: quiescit τ theoremata:simul ꝟo excitať: expergiturq; τ ad actum ꝓcedit: tunc Geometria circa vnum aliqō theorema versať:τ efficiť idem illi qō agitat:naꝫ scientia huius qō est duobus rectis triangulū paris habere τ theorema est:τ ratio ꝑ quā paris habere triangulum demonstratur. Ita intellectus quom ociosus est:habitū diciť ꝑmere notionū τ intelligibilium generū. Quom ꝟo notionem aliquā versat actu:tunc idem cum notione illa euadere diciť:ideoq; quoties hanc itelligit ip̄m se quoq; intelligat est necesse.

ℂ In rebus materialibus aliud esse res ipsas: aliud rerum essentiam: τ quemadmodum intellectus vtrūq; intelligat per similitudinem ad lineam rectam τ flexam. Cap. XIX.

9 POstq̄ ᵇ τ imaginationis τ itellectus naturę a nobis expositę sunt: reliquū videť vt videamus:quęnam differentia inter vtranq; virtutem sciscenda constituendaq; sit. Primum illud sciendū aliud esse aquā ipsam:aliud essentiā aquę. Hoc est verbum ex verbo qō suum sit aquę esse. Aqua eni est id qō vsurpatur sensu ex materia τ forma concretum esse:aq̄ forma ipsa aquę τ rō est per quā est aqua. Unaqueq; eni res descriptionem suam non de materia:sed de forma nāciscił. Pari pacto sentiendum de artificiosis est: vt aliud sint ędes ipsę aliud esse ędibus suum:aliud statua:aliō esse suū.i.essentia statuę. Aedes sunt figura ipsa cum lateribus lignis:tegulis:scandulis. Essentia ędium forma ipsa τ structura talis est. Item statua est figura cum ebore:aut ligno:aut ęre. Essentia statuę est forma τ species statuę:non tamen hoc perpetuum. Sunt eniꝫ res quarū essentię idem qō ipsę res sunt:idem eni τ punctus est τ puncto esse:qō quidem omnibus in simplicibus τ materia carentibus statuendum est. Quod hoīꝫ ratio propter quā sunt τ forma ꝑ quā sunt a natura corꝝ

10 vniuersa non discrepat. ℂ Hęc ita quom sint si formā materię annexam τ coniunctam scrutaris hoc est frigidum humidum cum ipsa materia vt aquā totam:cuius ratio τ constitutio materię iugata aqua ipsa est:si aereꝫ: si terram:si carnem vniuersam.i.consortium materię τ formę vestigas:sufficit sola vis sensus. Et multo magis eius comes affeclaq; imaginatio. Si ꝟo essentiaꝫ ipsaꝫ aut aquę:aut carnis exploras:alia facultas animę adhibenda intendendaq; est:aut quę alio se genere formaq; habeat:nam illud magis putandum est quemadmodū causę sunt cur vna potentia sit quę dulce a russo τ flauo dispescat:ita necessario vnam esse vim animi:quę iudicet aliud esse ipsas res:aliud rerum essentiam: atq; ita vtrūq; vna cognoscat:sed quę tamē aliter:atq; aliter se habeat:verbi gr̄a ad aquā vniuersam quę itellectui noscenda sit:visa τ imaginationem opꝫ adiūgere:ad essentiam ꝟo solam eius conspectandam nullas suppetias requirit:sed ipse sibi intellectus superesse potest:quemadmodum igiť lineam attensam τ flexam dicere eadē possis:q̄:q̄ aliter hoc q̄ illo modo se habet:ita τ intellectus potest vnus τ idem statui:qui concreta τ composita:item qui formas τ species meras percipiat: q̄obreꝫ τ assimilis rebus fit quas cognoscit compositus:si compositas:simplex: si simplices formas.i.a materia seorsum intelligit:ita interdum linę directę iterdum arcuatę confertur. Sane Plato actiones intellectus circulis primum recto:mox circinato recurrētiq; interius comparat. Aristoteles linę explicatę:τ replicatę: siue porrectę τ curuatę:ac curuatę quidem iccirco:q: quō intellectus materiam τ formam iunctim.i. qō concretum τ cōditum est comprehendit:tum quasi geminari τ duplicari videť accessu phantasmatum τ visorū:quorū operam vtrunq; in vna ea functione desiderat.

ℂ In mathematicis aliud esse rem:aliud essentiam rei τ quēadmodū ab intellectu noscanť. Cap. XX.

11 SEd τ in his quę per sequestrationeꝫ τ pręcisioneꝫ a materia describuntur:qualia sunt mathematica. ᶜ Ideꝫ discrimē qō in naturalibus quoq; perspicitur. Est.n. aliud rectum : aliud sua recto essentia:nam rectum sine continuo esse non potest:quēadmodum neq; simus sine naso neq; valgus sine suris: propterea q cōtinuitas rectitudini ceu stragula τ lectisternium subijcitur. At esse recto est ratio ipsa recti:τ ꝑ

li hęc:ait simpli. vel qdeꝫ est:si ei nām audiam⁹:q̄ itellectus fit vł itelligibilis neq; itelligit: neq; itelligiť: sꝫ mīmō potētiā hꝫ adverti:q: antea q̄ intelligat donec s. ꝑfect⁹ fuerit.tūc.n. nec ipsa itelligibilia est neq; intellect⁹:q: intellect⁹ est itelligibiliū cognitio.

a ℂ Uisus est Alex. locum hūc peruertere: vt Simp. testať velle itellectū seip̄m ꝑ accessū itelligendi pncipaliter seip̄ꝫ itelligere nō pōt: q: itelligeť in pati q̄dā mō ꝯsistit nihil aūt a seipso pt pati:sꝫ seip̄ꝫ itelligit ea rōe q̄ itelligibilia ēē τ idē q̄dāmō euadit ipsis⁹ speb⁹ intellect̄ vñ pncipalr qdē spēs illas seu formas:mediāte q̄ q̄ adit seip̄ꝫ itelligit. Simpli. aūt ei aduersať : cū q nō mō aliarū rerū seip̄m eūd posse itelligē pncipalr:mag q fieri posset

vt vel ipse alexan. vel nos:ait Simp. aliquid scribere nuq̄ si ipse seip̄m suāq; tū intellectionē τ vitā tū subiret nō itelligeret: aliogn.n. itellectus nō eēt: vñ ait q cum intellectus fit ꝑfect⁹ fuerit:ipse seip̄ꝫ τ formas ēē q̄ in ipso sūt intelligit sine passiōe aliq̄: sꝫ actione ꝑfecta.

b ℂ Simp. ait h in loco ꝓpositū Arist. esse ait: differētias expone itellectionis intellectionū:q̄rū altera ē circa ꝯpositas τ pdulces subas: altera ꝟo circa simplices τ īpartibiles:vt hac eiā discernat certaī aīc speculationeꝫ ꝑmanēt q̄ ipsi possibile ē i simplicib⁹ τ īpartibilib⁹ : sic itellectū illē q est sīa ꝯstantior q qdē nō a formis īformata ꝑpēdit vt ea cognoscat:sꝫ in ipsa formā itellectiōe: velut ex causa : τ formā τ q̄ illis accidunt : necnō vt simpliciter dicitꝫ causata oīa:τ mām ēē cōsi susceptricē ꝑ esse intellectionē cognoscat.

c ℂ Quia formula mathematicas rerū ait h Simpl. in imaginatiōe ēē nō hꝫ rōnē formę:sꝫ formā pot⁹:forma.n. q̄lib3 impartibilis atq; idemsibilis est:sed magnitudo i dimēsiōe:nāc ri in dimēsiōe cōstituit iō in mathematicę ē aliō qō est res τ aliud qō est ipsi rei ēē.

quã illud est rectum: de vtroqꝫ intellectus enunciatur
vtrũqꝫ cognoscit. Quom dico vtrunqꝫ: intelligo tum id
totuꝫ qđ ex subiecto.i.ex ꝯtinuo ꝛ ex forma componit:
tum formã ipsam separatam: nec tñ vtrũqꝫ ꝑcipit vno
respectu habitꝰue: ſꝫ alteꝝ tanq̃ simplex: alteꝝ tanq̃
compositum. Quobrem etiam si materiam quę sensilibꝰ
corporibꝰ subijcitur diuersam putes ab ea quę mathe-
maticis subsita est: nihilominus dũa ea tenebitur vt in
his quoqꝫ actiones intellectus alias simplices: alias cõ
positiusculas ꝛ concretiusculas haberi necesse sit. Ac cor-
poribus quidem nosciitandis sine dubio opus ei est ꝓ-
curatione atqꝫ auxilio sensus: non enim iudicare solus
potest quid aqua: quid caro sit nisi ope atqꝫ opera sen-
suum adiuuetur. Triangulum ꝟo ꝛ rectam ꝛ curuam ali
quãto facilius percipit: sibiqꝫ in id munus fere sufficit:
qꝛ̃ eodem genere mãm a contemplatione sua reijcit:
quo ipsę res abiunctę materia sũt. Quõ ergo mathema
tica nõ re ab se: sed sola ratiõe a materia abiungantur:
necesse est intellectus quoqꝫ cõtemplandis his mãm nõ
reuera sed sola ratione ꝛ cogitatione pręcidat.

Anaxagoram imperfecte de intellectu dixisse. Item
pariter patiatur. Item intellectum ceu nudã tabulam
esse. Cap. XXI.

12 CEterum Anaxagoras ꝓrim recte
de animo ꝓrim nõ recte
disseruit. Illud recte ꝙ intellectum sim-
plicem esse ꝛ expertem materię arbitra-
tus est. Illud non recte ꝙ nusq̃ demon-
strauit quẽadmodum animus: qui tali natura pręditus
13 ferebatur intelligeret ꝛ cognosceret omnia: quandoqui
dem id erat necesse ostendere: quoniaꝫ si intelligeret ꝓ-
culdubio illatenus pati ꝛ affici videbatur: nihil ꝟo pa-
titur quod non materiam cõmunem cum agente parti
cipet: vnde fit vt quodqꝫ a quoqꝫ passim indiscreteqꝫ pa
ti non possit: vt sonor a linea: sed illa tantũmodo: quo-
14 rum cõmunis subiecta materia est. Atqꝫ hęc Anaxago
ras nulla suarum scriptionuꝫ parte digessit. A nobis au
tem iterum suggerenda sunt ea: quę sępe monstrauimꝰ:
si pati sensus proprie non dicuntur: quãto impensius h
ab intellectu remouendum: reijciendumqꝫ est: equideꝫ
sensus vsu instrumentorum corporeorum absoluitur: in
quo iam nescio quid cõmune habet cum agente.i.cũ ge
nere sensili: nam quõ vteretur opera corporis: ęquissi-
mum etiã fuit vt moueretur a corpore. Intellectus con
tra ꝙ potestate omnia intellecta est: actu nulluꝫ anteq̃
intellectum id sit: longissime videt̃ abesse a passione: ꝑ-
sertim quõ nullam formam priuatim sit adeptus. Ue-
rum quẽadmoduꝫ in literatoria tabula: in qua nihil est
ascriptum: simul literas ꝛ elementa posueris: iustius sit
perfectionem q̃ passionem hoc dicere: propterea ꝙ cũ
ad hunc vsum comparata institutaqꝫ sit: non hercules
passa: sed consecuta finem suam ꝛ exornationem vide-
tur: ita intellectus non patitur: quom actu intelligat: sed
consumatur ꝛ excolitur potius q̃ ob causam ꝛ minimꝰ
materię asseritur ꝛ simplicissimus esse comprobatur.
Nam ꝛ Aristoteles inquit intellectus potentię prorsus
nihil actu est: si aũt nihil actu est pati aut misceri nullo
modo potest: nam ad sola ea quę actu sunt passio ꝛ mi-
stio pertinet. Fit ꝟo intellectus de intellectu potentię in-
tellectus actu: quo res ipsas intelligit: atqꝫ tunc simul ꝛ
intellectus ꝛ intelligibilis est. Non ergo ab intelligibili-
bus patitur: sed in ipsa intelligibilia quasi transit. Sane
intellectus potentię videt̃ solum ad animam hoĩs ꝑti-
nere: vtpote q vnus affectiones suas habeat: ꝛ rõni sub-
iectas: ꝛ ad rationem cui consentiant ordinatas qđ non
in reliquis animalibus cernitur.

Cur idem intellectus ꝛ intelligibilis sit: ꝛ cur assiduitas
ꝯtẽplandi laborẽ ꝛ ęgritudinem afferat. Cap. XXII.

15 VErum illud nunc aueo scire quo pa
cto aĩus simul ꝛ intellectus ꝛ
intelligibilis sit: vtꝝ id rõne eadem: an di
uersa cõtingat.i. vt intellectus ꝛ itelligibi-
lis habeat̃. Sed soluit̃ in his q̃ carẽt ma-
teria: idẽ est itelligẽs ꝛ itellectũ: qꝛ idẽ est scia spectãtia
ꝛ id qđ in ea spectat̃ ꝛ scit̃: in his ꝟo formis: ad q̃s ma-
teria ꝑtinet: aliud itelligibile est: aliud id qđ itelligit: ꝓ-
pterea ꝙ spẽs ꝛ formę materiales ex sua nã intellectę
nõ sunt: sed itellectus quasi detracta ꝛ exuta materia in-
telligibiles facit: quõ ante non actu sed potentia itelligi
biles haberent̃: nam q̃q̃ ineptę nõ sint vt possint itelli
gi: non tñ natura ipsa illaꝝ intelligibilis ꝑ se est. Pro-
hinc merito euenit vt illa nõ itelligant: sed itelligantur
tantũ: at itellectus potentię quẽadmodũ est potẽtia in-
16 tellectus: ita ꝛ itelligibilis potentia est. Quobreꝫ [a] nõ
semꝑ itelligit: imo ꝟo assiduitate nimia videt̃ ęgresce
re lacessereqꝫ: cuiꝰ culpam habet potentia illa q̃ subest:
inhęretqꝫ intellectui. Quapꝑ nec semꝑ itelligibilis est:
sed tunc solum quõ sibi notiones multas quasi copias
ꝛ suppetias ad cõmentandum speculandũqꝫ compara-
uit. Ceterum si alius intellectus habetur: cui nulla potentia in-
nexa sit: vtiqꝫ illum semper ꝛ intellectum ꝛ intelligibi-
lem esse necesse est: de quo iam tempus videtur vt di-
sputandum sit alio ortu.

De intellectu agente qui necessarius sit ad perficiendũ
intellectum potentię. Cap. XXIII.

17 QUęcũqꝫ natura [b] gignunt̃ potẽtiã
initio obtinẽt: ꝑfectionẽ
posterius ferunt: neqꝫ enim contenta ha-
bilitate sola ꝛ potentia sunt. Alioquin na-
tura potentiaꝫ illã rebus temere ꝛ fortui-
to addidisset nisi aliqs actus ex ea ꝯsecuturus esset. Ea-
dem rõne humana aĩa non solum eo dignitatis ꝛ nobi-
litatis processit: vt intellectum potentię sortiret̃: q ad se
rendam intelligentiam aptus accõmodatusqꝫ esset: sed
etiam vsqꝫ eo vt accõmodationis huius finem ꝛ abso-
lutionem indipisceret̃: cuius gratia ita accõmodata in-
stituta ꝑparataqꝫ videbat̃. Necessarium itaqꝫ est intel-
lectum potentię ꝑfici ꝛ absolui: nihil a seipso absoluit̃:
ab alio igit̃: duas ergo differentias esse humani animi
necesse est intellectum potentię ꝛ intellectum agentem:
hic priorem illũ q̃si adortus amplexusqꝫ: primũ quasi
educit in lucem e tenebris ꝛ in actu constituit: deide ha
bitum in eo quendã afformat: in quo vles rerum notio
nes ꝛ scientię collocant̃: nam quẽadmodum neqꝫ rude
saxum: neqꝫ impolitum ęs: quoꝝ alteꝝ domus potẽtia
est: alterum statuę: aut hoc accipere formã domus põt:
aut illud statuę: nisi ars materias illas: quę ad domuꝫ ꝛ
statuam comparatę sunt fingat ꝛ formã artificiosam h-
ponat: atqꝫ ita demum consistat domus ꝛ statua: ita in-
tellectum potentię ab altero intellectu perfici opꝫ: q ꝙ
ipse perfectus est ꝛ in actu semper: nulli potẽtię affinis
consorsue: pręparationem illam intellectui ad intelli-
genduꝫ adiunctam ad instar artis excitet excolatqꝫ ha-
bitum ꝛ scientiam rerum absoluat. Atqꝫ hic intellectus
separatus ꝛ impassibilis impermistusqꝫ esset. Intelle-
ctus autem potestatis: quãuis eadem fere: qua intelle-
ctus agens: dignitate auctoritateqꝫ polleat: quia tamen
aliquanto coniunctior addictiorqꝫ humanę animę est:
